Ψηφιοποιήθηκε από την Google

QQ. VIII. 2

7.

2.

B 6 VII 7.

A. 4. 6

D ~~CIV~~ 59

BIBLIOTECA
REGIA
d
VIII
2
CASANATENSE
ROMA

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ ΣΥΝΤΑΓΜΑ

τῶν κζ΄ τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων συνόδου πεφαχθέντων.

GELASII CYZICENI COMMENTARIVS ACTORVM NICÆNI CONCILII,

Cùm Corollario Theodori Presbyteri, de Incarnatione Domini.

Nunc primùm Græcè prodeunt, ex opt. Bibliothecis, Interprete ROB. BALFOREO Scoto, Cum eiuſdem Notis.

Concilij primi Nicæni ſancta vetuſtas
Quæ non conciliet pectora caſta ſibi?

LVTETIÆ,

Apud FEDERICVM MORELLVM,
Architypographum Regium.

M. D. IC.

NON SINE PRIVILEGIO.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

HENRICO NOALIO
COMITI AYENSI, BARONI MALEMORTIO, CAMBRESIO,

Launaguetio, &c. Equiti ordinis Regij, ſacri Conſiſtorij Conſiliario, præfecto quinquaginta Equitum Cataphractorum militiæ Regiæ, viro genere & virtutibus claro,

ROB. BALFOREVS S. D.

PATRVVS Tuus (NOBILISSIME COMITVM) Ægidius Noalius Epiſcopus Aquenſis, vir prudentia & eruditionis fama longè clariſſimus, nihil, vt ſcis, tam enixè voluit paucos menſes antequam moreretur, quàm Acta Concilij Nicæni, quæ ipſius iuſſu Latina feci in aſpe-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ctum lucémque proferri. Sed, prô dolor! triſtis illa fati neceſſitas vna eadémque opera ſperatã lucem illis, illum nobis eripuit. Me præter alios caſus ille perculit, cum mea tum publica cauſa. Nam licet ille præter ætatem nihil paſſus videri potuit, aut prę-ter communem illam naturæ legem: tamen & publicè Galliam notæ virtutis & prudentiæ viro ſpoliatam, & priuatim me patrono & fautore ſummo orbatum ſeriò dolui. Auxerunt mihi dolorem hæc ipſa Acta, quę tanquam communem parentem amiſiſſent, in communi mecum luctu & ſqualore iacuerunt, & æternùm, ni fallor, iacuiſſent, niſi tu me, quæ tua excelſi inuictíque animi magnitudo eſt, excitaſſes & erexiſſes ad illa diuulganda. Primum rectè cum Tacito monuiſti, non hoc præcipuum munus amicorum eſſe proſequi defun-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ctum ignauo queſtu, ſed quæ voluerit meminiſſe, quæ mandauerit exequi: deinde, cùm hoc ſatis mihi perſuaſum videres, rogaſti inſuper (in quo pietatem tuam facile agnoui) ne ne alterius quàm patrui tui nomine, cui viuo illa dedicaram, euulgarentur. Hic quoque ſtatim voluntati tuæ obſequendum mihi cenſui: tum quod non deceret alio me erga defunctũ, quàm erga viuum animo eſſe: tum quod nec poſſent hæc ſcripta in clariore vllo aut illuſtriore quàm Ægidij Noalij nomine apparere, nec deberent à me ad alium deferri, quàm ad illum ipſum, cuius ſingulari beneficio in manus meas venerunt. Nihil enim vel naturæ gratius, vel rationi conuenientius eſt, quàm ille, qui in rebus omnibus cernitur orbis, quo cuncta eò redeunt, vnde deriuantur. Te igitur auctore (NOBILISSIME NOALI)

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

in lucem aſpectumque hominum veniet Conciliorum, quotquot fuerunt, clariſſimum: ſed, ne quid mutaſſe videar, non ſine clariſſimo Ægidij Noalij nomine, nec ſine ea ipſa epiſtola, qua iampridem, vt ſcis (nam tu illam in defuncti ſcrinijs repertam mihi reddidiſti) labores meos in eo cenſendo & vertendo illi ſacraui, quáque affectus cultuſque mei ſignificationem viuenti adhuc & videnti præbere volui. Si quid commodi & adiumenti ex eo ſcripto in hoc Eccleſiæ ſtatu perceperint viri docti & pij, id totum genti tuæ Noaliæ deberi agnoſcant mecum omnes & profiteantur. Vale.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ROB. BALFOREVS
ÆGIDIO NOALIO EPISCOPO
AQVENSI, ABBATI S. AMANDI, & Insulæ, Priori Reolæ, & Soliaci, Sanctioris Consilij Reg. Consiliario, viro illustri & nobili, S. D.

TABES tandem explicatum (MAXIME PRÆSVL) *quod de recensendis & in Latinum vertendis actis Concilij Nicæni iampridem nobis imperasti negotium. Quod, cum ob rei ipsius magnitudinem & insolentiam, tum ob virium & industriæ meæ tenuitatem libenter fuissem deprecatus, si fieri hoc potuisset sine aliqua cultus, obsequij in te mei & studij submissioris offensione. Quæ tibi conciliauit non opum & fortunæ florentis æstimatio, non generis & familiæ splendor, sed admiratio sola virtutis atque doctrinæ: quibus ita te præclarè semper habuisti, vt cùm in te nihil humile sit atque submissum, sed magna,*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ardua, & excelsa penitùs omnia, quanta quanta ea sint, in nihil tam lubenter cum studio & affectu conferas, quàm in honesta studia & artes bonas ampliandas, sed & omnium liberales conatus fouendos. Nihil à moribus, nihil ab ingenio tuo proficiscitur, quod omnibus in virtutis & moderationis exemplum non exeat, quod non referat grauem & æquabilem conformationem vitæ, quam præter alia fides, quam integritas illustrat: quæ non in priuatis tantùm vitæ quotidianæ rationibus, sed in publicis etiam ita eluxit, vt quæ Reipub. conditionem, quæ regni maiestatem spectarent, propriè complexa fuerit omnia. Ad patriæ salutem & incolumitatem firmandã domi aut foris nihil erat, quod tuæ vnius prudentiæ & auctoritati totum non permitteretur. Cùm vixdum quintum & vigesimum annum ageres, in Senatorum Burdigalensium ordinem regia nominatione cooptatus, etiam in ea ætate ob spectatam honestißimæ vitæ integritatem, velut exemplum quoddam antiquæ virtutis celebraris: ob altæ & reconditæmentis acumen, iudicium acre & certum, ingenium ad honesta & sublimia quæque natum, in illo adolescentiæ flore negotiorum gerendorum prudentia senes ipsos superare posse credebaris. Nec vana fides. Nam ex Senatu hinc in aulam à Rege euocatus, & in

Angliam

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Angliam in fratris tui ANTONII NOALLII *viri longè clarissimi, & gentis familiæque vestræ principis locum missus, statim primis illis legationis tuæ rudimentis satis ostendisti, quàm esses ad alia generis & momenti eiusdem idoneus. Sed mirum quanta accessione posteà creuit existimatio tua, illa altera in Angliam legatione tam prudenter à te suscepta, quàm confecta feliciter. Post aliquanto in Scotiam missus de grauissimis & maximis rebus legatus, ita fidem & prudentiam tuam Regi, ita bonis omnibus probasti, vt magnitudinem Polonici negotij, quod te annis posteà non multis interpositis occupauit, solus videaris potuisse complecti. Quod re, loco, tempore satis alieno sic adiuisti considerate, sic moderatè gessisti, sic explicasti feliciter, vt ad rationes & spem Christianissimi Regis, ad illustrẽ Francici nominis ampliationem bonorum ciuium vota cesserint, processerint penitùs omnia. Cum in ea comitiorum celebritate, qua rei summa disceptabatur, quod intendebas & moliebare, sic traderes & probares ordinibus omnibus, vt in potentissimi Regni solium sit optatus, quem habuimus, coluimus, venerati posteà sumus, HENRICVS III. In solium, inquam, ad quod non voluntatis modo significatione tacita, sed & aperta studiorum contentione, quos habet Europa*

†

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Principes omnes nitebantur. Conſpirantem hanc gentis remotiſſimæ ſuffragationem publicè Francici nominis ſplendor, maieſtas, amplitudo conciliauit: priuatim, virtus & prudentia tua. Hoc in reges, hoc in aulam regni ſummum fuit & ſingulare officium: quod vt planè tuum eſſe cognoſceretur, CAROLVS IX. Rex Chriſtianiſſimus & Regina mater te vnà cum alijs multis magnis & præſtantibus viris HENRICO ſuo in Poloniam proficiſcenti comitem adiunxerunt, vt tanquam Agamemnon haberet aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem, cuius grauitate & prudentia moderari poſſet & regere noui Regni primordia. Polonicam excepit continuò legatio Conſtantinopolitana, ad quam præter alios aſſumptus tu, nec tantùm de te Principis Chriſtianiſſimi iudicio, ſed ordinum omnium conſentiente ſuffragio & auctoritate, vnus tu dignus habitus, qui fratri tuo FRANCISCO NOALLIO *viro clariſſimo & omni virtutis laude cumulatiſſimo, tanquam Hercules Atlanti ſuccederes. Nam ferociſſimas gentes loco poſitas tam longinquo, motu ingeniorum tam difficili, tam vario animorum habitu, morum ſacrorum tam alieno ritu ad æquabilem pacis & belli diſciplinam, vſum vitæ communis, & commerciorum ſocietatem traduxiſſe, propria familiæ veſtræ & gẽtis* NOALLIÆ

laus est. Et quo gloria vestra maior esset & diuturnior, in legatione tam varia, tam longinqua, tam diuturna, quod ad Reipubl. partem aliquam ornandám aut illustrandam spectaret, quantum vel impetrari gratia, sumptu parari, vel industria conquiri potuerit, reliquum nihil virtus vestra fecit: Quæ de Orientis opibus & apparatu prius aures tantum dubio & suspecto rumore demulcebant, nunc incurrunt in oculos, ciuium tuorum manibus tractantur, attrectantur penitùs omnia: ad artis & opificij cuiuscunque solertiam, nitorem, elegantiam: quicquid propriũ Ægyptus, Asia, Corinthus habuit, in triuiali beneficio vestro nunc id est, & vulgari Gallorum artificum disciplina. Sed in beneficij tam illustris æstimatione nihil maius quàm rei literariæ aut Catholicæ religioni tuendæ sollicitudinem, pietas & virtus vestra protulit: vt quòd loci & conditionis vestræ amplitudini fuit coniunctius, cum studio præter alia sequeremini. In curis vestris nihil habuistis accuratius, quàm vt studioſè cõquireretis omnia, quæ literis adiumento vlli esse possent vel ornamento, aut quæ affectis rebus Christianis opem aliquam viderentur allatura. Produnt hoc satis, quæ velut ex Academiæ & Musæi cadaueribus obtrito & conculcato Græcorum librorum cinere ignota Græcis ipsis, in lucem & oculos ho-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

minum monumenta iampridem excitatis. Ex quibus in ijs, qui habentur, leguntur veterum libris, occulto & recondito quoque genere literarũ, quæ desunt supplentur, praua diriguntur, & illustrantur obscura. In hoc genere Asiaticæ vastationis ruderibus erutam & Christianorum studijs non multis retro annis beneficio tuo restitutam D. Gregentij Tephrensis contra Iudæos disputationẽ, Latinam fecit Nic. Gullonius vir Græcè & Latinè apprimè doctus, & Parisiis Græcarum literarum lector Regius. Sed prædicatione hic multo illustriore eadem sollicitudine procurata iam primum se proferunt acta Concilij Nicæni, cuius vim & auctoritatem Euangelij ipsius veritati sacrorum Canonum exæquauit auctoritas. Cùm ijs firmissimè assentiamur omnes, quæ huius Concilij auctoritate nituntur, eoque confirmantur apertè: Cùm ab hoc fonte in eum, quo se nunc aperuit, splẽdorem & varietatẽ, Ecclesiasticæ disciplinæ præceptio tota manauerit. Non aliunde, quicquid in veterum, recentiorum, Græcorum, Latinorum scriptis eò confertur, vllam sibi fidem conciliat vel auctoritatem, quàm si quod in eorum libris positum, actis Nicænæ Synodi sensu toto respondeat. Quod caput est, non aliunde affectis & laborantibus Ecclesiæ rebus promptiùs succurrere potuistis, quàm curationis eam aperientes formu-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

lam, qua ex disciplinæ veteris informatione, quicquid in sacris, in regno, tristis & alieni temporis deformauit acerbitas, in venerationem splendoris antiqui possit reuiuiscere. Nam disciplinæ sacrorum labentibus moribus publicis, remedium quæri nullum potest salutarius, quàm vt ad sanctissimæ Synodi regulam & præceptionem quicquid horum temporum inclinatio mutauit, attentius & seueriùs exigatur. Et si in melius (vt speramus & cupimus) pleraque ferè omnia concesserint, quantò latius patet, tantò erit in bonos ciues omnes beneficium vtriusque vestrum illustrius: illius quidem, qui opus hoc magno sumptu quæsitum Byzantio secum in Gallias aduexit: tuum qui tanto studio procurasti, vt in omnium manus veniret. Sed te volente in laudis huius & gloriæ societatem veniet D. Gvil. Dafivs vir illustris incomparabilis Senatus nostri Burdigalensis princeps grauissimus & integerrimus, Græcæ & Latinæ eruditionis laude cumulatissimus, qui egregiam illam voluntatem, quam semper tenuit in fouendis optimarum artium studijs, sequutus, pari tecum cura operis huius lucem matura editione procurauit, & communicato tecum consilio mihi vt Latinum illud facerem, imperauit, & in vsum studiosorum ederem. Quod nisi fuisset à tanti viri imperio & auctoritate profe-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Etum, iustissimè potuissent vel huic generi scriptionis diuersa & aliena studia nostra vel quotidiana publici muneris occupatio deprecari. Sed ad eum studio omni & obsequio colendũ sic mens & animus meus sese applicauit, vt nihil ille tã magnũ tã paruũ vnquam imponat, quod laboris & industriæ meæ tenuitas vlla temporis aut occupationis exceptione defugiat. Verùm quod anxiè præter omnia nos habet atque sollicitè etiam in voluntatis alacritate sũma, rectæ, germanæ interpretationis facultas hic omnis defuit. Nullum à libris, nullum ab exemplarium numero subsidium, vt saltem à varietate lectionis facilior ad sensum aditus aperiretur. In parato & ad manum vnicũ illud exemplar tuũ fuit, quod in Chio Ægæi maris insula, à Græcis Monachis, in quorum Monasterio iam diu magna cura asseruabatur, FRANCISCVS *frater tuus volente & fauente Patriarcha Constantinopolitano, ingenti pretio redemit, & Byzantium ad se perferri iussit. Vsus ea in re, vt in alijs omnibus negotijs grauioribus, fidaopera Leonardi Massioti viri prudentis, & in rebus gerendis ab ineunte adolescentia exercitati. Qui non multò post virtutis suæ ergò in amplissimum Senatorum Burdigalensium Collegium à Rege cooptatus, iam totos viginti annos magna sapientiæ & iustitiæ laude in eo floruit, & multos porrò*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

florebit, vt spero & opto. Fuit autem exemplar illud à Græco quodam fida satis, sed nimis festinæ manu, idque notis insolentibus, quas vix Græci ipsi agnoscerent, descriptum. Deinde quod multò nos excepit molestius, falsa sæpe accentuum notatione, obscuro literarum tractu, mutila versuum & periodorum interpunctione, sic in eo difficilia & perturbata fuerunt omnia, vt quid fugerem, quid sequerer, anxia semper esset atque difficilis explicatio. Negotium tamen adiui, non quod ego volui, sed quod viri magni imperarunt: nec tam perficiendi spe, quàm experiundi voluntate: eo fretus imprimis, quod quicquid à nobis in hoc genere vel ingenij tenuitate fuerit vel diligentiæ remissione commissum, magni alicuius & literati hominis attentiore lima propediem instauretur. Nec desperandum quin in prouentu hoc tam florentis & eruditi seculi se proferat aliquis, qui nouo præstanti scripto luculentius illustrando, tam maturam nominis & gloriæ cupidissimè sequatur oportunitatem: & nos, qui eum non consilij nostri inductione libera, sed obsequij necessitate viam tam asperã & salebrosam præiuimus, per omnia vel doceat errantes, vel rectè sentientes confirmet.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

FED. *Morellus* C. V. ROB. BALFOREO S. D.

NArro tibi, mi Balforee. Libros ſine autore miſeras; vt liberos nullo certo patre, vindicijs obnoxios. Placuit clariſs. & eruditiſs. I. C. Fr. Pithoeo, patrem acciri è caſtris Photij, cuius teſtimoniũ mox ſubijciam, vt quiuis lege agere poſſit. Alium etiam accerciui vindicẽ iniuriæ quam ijſdẽ libris intulerant notarum præpetes mĩiſtri, vt παιχνιδιους vocat Auſonius: Codicem inquam docta & laboriosa manu exaratũ, quẽ è locuplete Bibliotheca ſua ornatiſs. & doctiſs. Senator Petrus Stella nobis deprompſit, liberaliter communicauit, & ſæpe vna mecum, qua humanitate eſt, cum exẽplo tuo Schediſq; noſtris contulit. Nullus opinor virtutis & literarum amans erit qui gratiam non ſciat, habeat, & ſi poſſit referat. Quòd ſi hæc nondum ex animi ſententia caſtigata ſunt, æqui bonique conſulendum, & παρ δυναμιν nihil audendum. Vale, & nos quod facis, ama. *Lut.* IX Kal. Ian. 1598.

ΕΚ ΤΗΣ ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΑΝΑΓΡΑΦΗΣ ΤΩΝ ΑΥΤΩ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΝΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ.

EX PHOTII PATRIARCHÆ *Conſtantinopolitani ſumma librorum a ſe lectorum.*

ΑΝεγνώσθη βιβλίον, ὡς ἐν ἱστορείας τύπῳ, τὰ κατ' αὐτὴν ἐν Νικαίᾳ Συνόδου πραχθέντα. τόμοι δὲ τὸ βιβλίον ἦσαν [μετ' ὀλίγα.] ἐν δὴ τῷ μὲν πρώτῳ ἔχονται τὰ αὐτὰ Γελασίου ἐπισκόπου κυζικηνῆς ἡ Γαλατίνης οὗ ἦν τὸ βιβλίον ὑπογραφόμενον· ἡ ἀπαρχεται δὲ ὧδε πως [τὰ κατ' αὐτὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμ]. καὶ πλατυτάτης δὲ ἧς τῆς μεγάλης Κωνσταντίνου πλατυτήν [καὶ μετ' ὀλίγα] μνημονεύει δ' ὧδε καὶ ῥητῶν πατέρων Γελασίου τινός· λήγει δὲ αὐτὴ πατρίδα τὴν Κύζικον. καὶ ἔστι μὲν ὁ τῶδε τοῦ βιβλίου πατήρ.

A

LEctus eſt liber hiſtoriã prę ſe ferens Actorum in Concilio Nicæno. diuiſus autem erat in tres partes. *Paulo poſt.* In alio Codice hæc eadem continente *Gelaſij Epiſcopi* Cæſariæ Palæſtinæ inſcriptum nomen inueni. Libri vero principium eiuſmodi eſt, *Quæ in ſancta, magna & vniuerſ.* & deſinit in obitu Cõſtantini M. [*deinde ſubijcit.*] Meminit idẽ dictorũ quorundã Gelaſij, cuius patriã Cyzicũ eſſe aſſerit. Atq; hic quidẽ eſt huius libri parẽs.

B

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΚΑΤΑ τὴν ἐν Νικαίᾳ ἁγίαν Σύνοδον θεσπισθέντων.

COMMENTARIVS EORVM quæ gesta sunt in sancto Concilio Nicæno.

Interprete ROB. BALFOREO, SCOTO.

Α' κζ' τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐπὶ τῆ Νικαέων, ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶ τε Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἐκ τε τῆς θεοῦ χάριτος καὶ Ι θεοσεβισμάτος θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου τῶ ἡμετέρου, ὑπὲρ τῆς Ἀποστολικῆς* καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, κατὰ τῶν μοχθηρῶν καὶ ἀσεβῶν δογμάτων τῶ θεομάχου Ἀρείου. πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα

A

QVæ in ſancta, magna, & vniuerſali Epiſcoporum Synodo ex omnibus, vt ſic dicam, Romani orbis prouincijs, & ex Perſide, Dei gratia & pij ac Deo chari imperatoris noſtri Conſtantini I edicto, Nicææ congregata, pro Apoſtolica† & orthodoxa Fide, contra peruerſa & impia impij illius Arij dogmata: omnia, inquam, quæ in præclara illa & ſancta Synodo dicta, facta,

I

† καθολικῆς Catholica

& cõstituta fuerant, iampridem, cum adhuc in paterna domo vitam degerẽ, legi, cùm illa inueniſſem in antiquiſſimo libro, in membranis plane integris deſcripta: qui fuit diuini & celebris Dalmatii, in illuſtri Cyzicenorũ metropoli ſanctæ atque Catholicæ Eccleſiæ Archiepiſcopi: quíque tandem ad familiæ
2 noſtræ dominum deuenit, patrem dico meum ſecundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum eiuſdem Eccleſiæ cooptaretur. In quem ſacrum librum cùm incidiſſem, multúmque in eo poſuiſſem ſtudij, nec potuiſſem memoria omnia retinere, (nemo enim hominum immenſum illud mare omnium quæ in eo
3 recondebãtur memoriter in ore habere poterit) plurima annotaui ſanctorũ noſtrorum patrum, ac ſanæ doctrinæ Epiſcoporum dogmata, quæque ijdem aduerſus Arioma-nitas obiecerunt: Et ſcriptas redargutiones, aduerſus illorum blaſphemiam, qua ſceleſti non ſolum contra filium Dei,

D καὶ διαπυθόμενος, παλαιτε καὶ πρόπαλαι ἀναγνούς, ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, εὗρηκὼς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀδιαλείπτως ἐχούσαις· γενομένης μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου, τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ὄντος τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως, πε-
E ειληφυίης [2] εἰς τὸ ποτὲ ἡμετέρου οἴκου δεσπότην, λέγω δὴ τὸν κατὰ σάρκα πατέρα ἡμῶν, τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἀξιωμένον. ἣν πνι ἱερᾷ βίβλῳ ἐντυχών, καὶ σχολὴν πολλὴν ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ὅτι μνήμης μὴ φέρειν πάντα οἷός τε ἦμην (οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἀνθρώπων τὸ ἄφατον ἐκεῖνο πέλαγος πᾶν ἐν αὐτῇ ἐγκειμένων ὅτι μνήμης διὰ [3] στόματος φέρειν δυνηθείη) πλεῖστά τε
F ὅσα ἐπεσημηνάμην πατρικῶν ἁγίων πατέρων καὶ ὅπως κατὰ τῶν ὑμαινόντως λόγου διδασκαλίας αὐτῶν δόγματα, καὶ πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας αὐτῶν ἀνασκευὰς καὶ τοὺς κατὰ τῆς ἐκείνων βλασφημίας ἐγγράφους ἐλέγχους, ἃς ἐβλασφήμησαν οἱ μιαροὶ Ἀρειομανῖται κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ

θεοῦ, ὑ μὴν ἀλλὰ κ̀ κτ' τὸ ἁγίου
πνεύματος· τά τε τῶν μισθωτῶν
Ἀρείου τ φιλοσόφων πρὸς τοὺς
ἐπισκόπους ἀντιρρήσεις· τά τε τῶν
ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους διὰ χα-
ρακτῆρος διδαγμάτων κτ' τῶν αὐ-
τῶν ὁρισμάτων ἐναργεῖς ὑπολύ-
σεις; πρεί τε τῆς ἀϊδίου καὶ ἀεὶ
τοῦ θεοῦ κ̀ τοῦ συνυπαρχούσης
τοῦ γ̀ς αὐτοῦ κ̀ τοῦ ἁγίου πνεύ-
τος πρὸ αἰώνιου 4 μιᾶς θεότητος·
πρεί τε τῆς αὐτοῦ τοῦ γ̀ς τοῦ θεοῦ
† λόγου ἐπ' ἐσχάτων, τῆς ἡμετέ-
ρας ἕνεκα σωτηρίας, ἐκ τῆς θεο-
τόκου παρθένου Μαρίας ἀπορρή-
του οἰκονομίας· καὶ τῆς τῆς ἐκ-
κλησίας Ἀποστολικῶν διατυπώ-
σεων πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἐκεῖσε
γεγυμνασμένην πραγματείαν 5 ἐνι-
στορήσας, ἐν τῇ πρὸ ἡμῶν ἱε-
ρᾷ βίβλῳ· πρός τε πάντων τὰς
τοῦ πιστοτάτου βασιλέως Κων-
σταντίνου, τοῦ ἐν τῇ Συνόδῳ συ-
νεδρεύσαντος, θείας τ ἀληθῶς
Ἀποστολικὰς ἐντολάς. ἥδην εἰς
τοσοῦτον τοῖς τῇ βίβλῳ ἐκείνῃ τῇ
ἱερᾷ πρεσεχομένοις, ὥστε εἰπεῖν
με πρὸς τὸν κύριον, Ὡς γλυκέα
τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου,
ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. Οὕτως

A Sed etiam contra spiritū sanctum blasphemabāt: Et mercenariorum Arii philosophorum aduersus episcopos contradictiones, & nostrorum aduersus illorum sophismata per expressam doctrinam firmas & apertas solutiones: & de vna illa diuinitate filii ipsius & spiritus sancti, quæ ante secula extitit, quæque principium non habet, sed semper cū Deo & patre subsistit: & de B eiusdem filii, Dei verbi, in nouissimis temporibus pro salute nostra, ex Deipara virgine Maria ineffabili incarnatione: & omnem omnino tractationem illic habitam de Apostolicis Ecclesię constitutionibus, quæ in diuino illo libro erat, historica fide retuli, sed omnium maxime fidelissimi imperatoris C Constantini, qui in Synodo cōfederat diuinas & vere apostolicas sententias. Iis quæ in Sacro illo libro continebantur ita delectatus sum vt subinde ad Dominum dixerim, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Sic su-

4 χ. θεοῦ λόγ.

5

Psal. 119. & 103. cc cc

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

pra modum admiratus ſum, quæ illic ſcripta D erant, de pura, irreprehenſa, Orthodoxa, & Apoſtolica fide. Non multo tempore poſt cum huc, in prouinciam dico Bithynorum, volente Deo, peruenissem, & cõmotio atque inquiſitio plurima fieret, ſub impij Baſiliſci [6] tyrannide aduerſus Catholicam & Apoſtolicam Dei eccleſiam, & fidem apoſtoE licam in ea conſtitutam, ſuccendente potiſſimum atque commouente regis aulam, eorũ factione qui hæretico Eutychi conſentiebant: qui nobis ſubdolè proponebãt, vt fidem patrum, Nicænam inquam retineremus. Sed conuincebantur a nobis, illius fidei hoſtes. Neque enim nouerant quæ dicerent, F aut de quibus affirmarent. Nam cùm proferrem quæ in ſacra illa corona Orthodoxorum Dei ſacerdotum, in ſpiritu ſancto, de Domino per eos fuerant explicata reſiliebant, a nobis miſeri, peiorem Ariana blaſphemiam lingua ſua proferẽtes, contra ea quę illic definita ſunt: & anathema iaciẽtes aduerſus eos qũi ita

6

ἐσφηλάθην ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀναγραμμένοις, περὶ τῆς ἀποστόλου καὶ ἀμφιβόλου ὀρθοδόξου καὶ Ἀποστολικῆς πίστεως. Μετὰ δὲ καιρούς τινας φθάσας ἐνταῦθα, τὴν τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίαν λέγω, κατ' εὐδοκίαν τοῦ θεοῦ κινήσεώς τε καὶ συζητήσεως πλήσης οὔσης γεγενημένης ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν Εὐτυχιανιστῶν καὶ Ἀπολινα-

ἱσ. περὶ τ. ριστῶν τὰ γὰρ μου πρὸ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ χορείᾳ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ θεοῦ ἱερέων ἐν πνεύματι ἁγίῳ πρὸ * τοῦ κυρίου δι' αὐτῶν ἐκφωνηθέντα, ἀπεπήδων ἀφ' ἡμῶν, χείρονα τῶν τοῦ Ἀρείου βλασφημιῶν, καὶ τῶν ἐκεῖσε ὀφειλόντων διὰ γλώσσης προφέροντες, καὶ ἀναθεματισμὸν ῥίπτοντες καὶ τῶν ταῦτα ὅπως

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

φερνούντων οἱ ἄθλιοι. διὰ ταῦτα καὶ δι' ἄλλα πολλὰ κινηθέντα κατ' τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἡμῶν τῆς αἰνέκαθεν, ἐκπε τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, & τῶν προρρηθέντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συνελεγμένων, ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῇ μητρὶ ἡμῶν πολιτευομένης, πλείστην ὅσην ἔρευναν ἐποιησάμην πάντη τε καὶ παντὶ τρόπῳ, τὰ δὴ λεγόμενον, πάντα καλῶν [7] κινήσας, αἱ ἐρευνηθεῖσαι παρὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ πεπραγμένα, ὑπὲρ τοῦ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ Ἀποστολικῆς πίστεως [8] ὅρου, ἣν οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὔτε δι' ἀνθρώπων ἢ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία παρείληφεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος [9] καὶ θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. ὃς μετὰ τὴν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας [10] οἰκονομίαν, τὸ μέγα ἀναμφιλόγως τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καθὼς γέγραπται, φανερωθεὶς τε σαρκὶ καὶ ὀφθεὶς ἀγγέλοις. Οὔτε γὰρ ἀγγέλοις θεατὸς ὁ μονογενὴς κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν· εἰ μὴ ἐσαρκώθη, τὰ πάντα πληρώσας τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, πότε ἂν ἡμῶν ἑκούσιον πάθος, καὶ τὴν ταφὴν, καὶ

A sentiũt. Propter hęc aliáq; multa quę mouebãtur contra fidem antiquam, primum à ſanctis Apoſtolis, deinde & à ſanctis patribus noſtris Nicæa congregatis, in Dei Eccleſia matre noſtra conſtitutam: plurimam omnino & vbique diligentiam adhibui, &, quod dici ſolet, omnem rudentem moui, vt perueſtigarem, quæ in ſancta illa Synodo acta ſunt, pro ſanctæ & apo-
B ſtolicæ fidei determinatione, quam Dei Eccleſia non ab hominibus, neque per homines accepit, verum ab ipſo omnium noſtrorum ſaluatore ac Deo IESV CHRISTO, Dei viuentis filio, qui poſt aduentus ſui in carnem œconomiam, magnum certe pietatis myſterium, ſicut ſcriptũ eſt, manifeſtatus in car-
C ne, & angelis viſus. Neque enim ab angelis videri potuiſſet vnigenitus in ſuæ diuinitatis eſſentia, niſi carnem aſſumpſiſſet: poſtquam ea quæ ad œconomiam incarnationis ſuæ ſpectabant compleuiſſet, voluntariam pro nobis paſſionem, ſepulturam, &

7 8 9 10

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

II
ℵ. αὐτῆς
π.

resurrectionem in illa sancta & peccato non obnoxia carne sua, per quam genus nostrum à morte liberauerat, secedens hinc & in cælum ascendens, huius sanctæ, & irreprehensæ Fidei diuinam & adorandam legem, per seipsum stabiliuit: & magnum intonuit, sicut scriptum est, Dominus in cælos ascendit, & intonuit. & alibi, & intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam. & quid intonuit? quam vocem dedit altissimus? euntes, inquit ad Apostolos loquens, docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et quamuis propter suam erga homines charitatem, nostram carnem cum anima & mente, ex veneranda plane & sancta virgine Maria susceperit, illa tamen carnis susceptione, nullo ad trinitatem patris, filij, & spiritus sancti facta est accessio, sed trinitas manet trinitas. Euntes igitur docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti, hanc sanctam & adorandam, sanctæ &

Psal. 18. v. 14.

τὴν ἀναίσχυντον τῆ ἁγίᾳ ἐκείνῃ καὶ ἀναμαρτήτῳ σαρκὶ αὐτοῦ II παραχωρήσας, δι' ἧς τὸ ἡμέτερον ἀπεθανάτισε γένος, ἀναβαίνων εἰς τοὺς οὐρανούς, ταύτης τῆς ἁγίας καὶ ἀμφωμήτου πίστεως τὸν θεῖον καὶ προσκυνητὸν ὅρον δι' ἑαυτοῦ ἔπηξε· καὶ μέγα βεβρόντησας κατ' τὸ γεγραμμένον, Κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐβρόντησεν ὁ κύριος, καὶ ὁ ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. καὶ τί ἐβρόντησεν, ποίαν δὲ φωνὴν ἔδωκεν ὁ ὕψιστος; πορευθέντες, φησὶ, πρὸς τοὺς Ἀποστόλους λέγων, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Εἰ γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν, τὴν ἡμῶν σάρκα ἔμψυχον καὶ ἔννουν ἐκ τῆς παναγίας καὶ ἁγίας παρθένου Μαρίας προσείληφεν, ἀλλ' ἡ τῆς σαρκὸς προσάληψις, προσθήκην τῇ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τελειότητι, οὐκ ἐποίησεν. ἀλλὰ μένει ἡ τριάς. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ

προσκυνητὸν ὅρον τῆς ὀρθῆς καὶ A
ἀμφωμήτου πίστεως, ἅτε τὰ κυ-
ρίου λαβόντες οἱ ἱεροὶ Ἀπόστολοι,
πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦ θεοῦ
ἐκκλησίᾳ ἐκήρυξαν· ὡς πληρω-
θῆναι εἰς αὐτὸ 12 τὸ προφητικὸν
λόγιον, τὸ φάσκον, εἰς πᾶσαν τὴν
γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ
εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ
ῥήματα αὐτῶν 13. Ὅτινα ὄντα
τὴν προσκυνητὴν ταύτην δωρεὰν,
τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τῶν θείων Ἀπο-
στόλων παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ δεδο- B
μένην, μετὰ πλείους ὅσους καιροὺς
παυσαμένου τοῦ, κατὰ τῆς ἐκ-
κλησίας τοῦ θεοῦ, διωγμοῦ, δι'
Ἀρείου πάλιν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμε-
τέρας σωτηρίας, κατὰ τῆς αὐτῆς
ἁγίας καὶ ἀμωμήτου ὁπλίζεται
πίστεως, ξένα τινὰ παρεισφέρων
κατὰ τοῦ σωτῆρος βλάσφημα ῥή-
ματα. δι' ὧν τὴν εἰς πᾶσαν τὴν
οἰκουμένην ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου
ἐτάραξεν. ὃ χαίρων καὶ τὴν πο-
λυάνθρωπον ἐκείνην ὑπὸ τὴν τῶν
Νικαέων πόλιν ὁ πιστότατος βα-
σιλεὺς Κωνσταντῖνος συνήγαγε
σύνοδον, ἧς τὰ πραχθέντα
πάντα παρεγενόμην, ὡς αὐτόπτης
ἔφην, καὶ διερευνησάμενος
μόλις εὑρεῖν ἐδυνήθην φαύλως
τῶν ἐκεῖσε ἐσκεμμένων καὶ ἐγ-

irreprehensæ Fidei regulam, cum sancti apostoli ab ipso domino accepissent, in vniuersa sub cęlo Dei ecclesia eam prędicauerunt vt ita propheticũ oraculũ impleretur, quo dicitur, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Post quam definitionem & adorandum istud donum, nobis per sanctos Apostolos à Dei filio concessum, cùm plures iam annos ecclesiæ persecutio cessasset, nostræ salutis hostis iterum per Arium contra sanctam & irreprehensam fidem armatur, inusitata quædam blasphema verba contra saluatorem nostrum introducens, quibus Dei ecclesiam in toto orbe terrarum conturbauit. Quam ob caussam fidelissimus imperator Constantinus numerosam illam in vrbe Nicæa Synodum cõgregauit. Cuius acta omnia, cum vt supra dixi cognouissem prius & perquisiuissem: vix tamen inuenire poteram quæ illic tractata & conscripta sunt, apud plures

12 Psal. 19. Rom. 10. v. 8. & 18.

13

C

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

viros literarum ſtudioſos, tam aperte expreſſa, quàm apud Ioannem quendam presbyterum virum ſenem & ſcribendi admodum peritum, in quaternionibus valde antiquis : neque tamen omnia inde habui, ſed ex alijs etiã ſcriptoribus varijs, vt ex Euſebio Pamphili epiſcopo Cæſareæ, & Rufino presbytero Romano, & ex ijs qui ſanctæ illi Synodo interfuerunt, aliiſque plurimis. Neque vero totius harmoniæ conſequentiã inueni in ſacro illo codice, in quem, vt ſupra dixi, prius incideram. Solus admirandus ille Euſebius Pamphili, conſtanter publicam veritatis viam, ab aduentu domini, vſque ad magni Conſtãtini tempora, ingreſſus eſt. Sed neque omnia inuenire potui, prẽter nota mihi & veritatis propria, in eo libro quem prius ego legerã: cum autem ex vtriſque aliqua collegiſſem, neceſſarium exiſtimaui illa in hoc libro deſcribere ad communem vtilitatem, atque confirmationem eorum qui in hæc ſcripta inciderint. Exordiemur deinceps ſermonem noſtrum

D γραφέντων ταῖς γραφαῖσι διαφόροις φιλομαθέσιν ἀνδράσιν· Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ παλαιῷ ἄγαν γραφικῷ, ἐν τεύχεσι παλαιοῖς λίαν· ἃ μὲν ὅλα, καὶ ἐξ ἄλλων δὲ συγγραφέων διαφόρων, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας, καὶ Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης, τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, καὶ ἄλλων πλείστων ὅσων· ἃ μὲν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὅλης

E ἁρμονίας εὗρον, καὶ τὴν ἱερὰν ἐκείνην βίβλον, ἣ πρότερον, ὡς αὖθις εἴρηται. μόνος δὲ Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος ὁ Παμφίλου ἀρχιερεὺς τῇ λευφόρῳ τῆς δικαιοσύνης, ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας, ἕως τῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνων διώδευσεν. Αλλ' οὐδὲ τὰ ὅλα εὑρεῖν ἠδυνήθην, πλὴν ὅσα γνώ-

F μά μοι καὶ τῆς ἀληθείας ἴδια, καὶ τὴν προαναγνωσθεῖσάν μοι βίβλον, εὗρον. καὶ ἐξ ἑκατέρων ἀναλεξάμενος ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐγγράψαι τῷδε τῷ βιβλίῳ, πρὸς ὠφέλειαν κοινὴν, καὶ στήριγμα τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι. Ἀρξόμεθα δή μοι λοιπὸν ὁ λόγος,

(precunte

θεοδοσιοῦπός μοι καὶ πολι- A
τεύοντος τοῦ ἀεὶ ζῶντος θεοῦ λό-
γου, ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς βασι-
λείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ χριστοφι-
λεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ
καὶ τὴν σύνοδον τῶν ἐπισκόπων
ἐν τῇ Νικαέων συναθροισθῆναι
προστάξαντος πόλει. ἐν ἑτέρῳ
γὰρ, εἰ τῷ θεῷ φίλον, περὶ τῆς
γενέσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν χρόνων
τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνου
τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλείας τὴν
διαγωγὴν ἀνατάξω, παραμμαι. B

ΜΕΤΑ τὴν ἀπόθεσιν τῆς βασιλικῆς ἀγουρίδος τῶν πορφύρων Διοκλητιανοῦ καὶ τῶν Μαξιμιανοῦ τὸν ἰδιωτικὸν ἀπολαυόντων αὐτῶν βίον, καθά φησι. Εὐσέβιος· χρόνου δὲ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, [* ἥ τε πάντα βίον προφερέστατος] καὶ τοῖς ὑπηκόοις δικαιότατος, τῷ τε θείῳ λόγῳ προφιλέστατον ἑαυτὸν διαθείμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα εὐσεβῆ αὖθ' ἑαυτῷ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ πληθεῖ τὸν βίον· ἀπάσης μὲν θανάτου, ὅσῳ βασιλεῖ τις αἰὼν ὀφείλεται, πρεπόντως ἀξιωμένος, χρηστότατος καὶ ἡπιώτατος βασιλεὺς γεγονώς· ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ'

(præcunte atque ducente nos Deo Verbo semper viuēte) a temporibus regni religiosissimi & Christigeri regis Constantini, qui Synodum Episcoporum in ciuitate Nicæa congregari iussit. In alio commētario, si Deo placet, natiuitatē ipsius Deo charissimi Constātini, ac statum temporum quibus pater eius regnauit referam.

CAPVT. I.

NON multo post tēpore (vt inquit Eusebius) quàm tyrāni Diocletianus & Maximianꝰ depositā regali purpura, priuatam vitā elegerint, imperator Cōstātius [tota *vita clemētissimus] subiectis beneuolētissimus, & erga diuinum Verbum amicissimè affectus, cum germanū filium suū Cōstantinum imperatorem & Augustum pro se reliquisset, communi naturæ lege finem viuendi fecit. Post mortem dignus habitꝰ omni honore qui imperatori debebatur, quippe vir & optimus & māsuetissimus fuit, quíque solus inter imperatores nostræ memoriæ,

Ex Euseb. hist. Eccl. l. 8. c. 13. edit. Gr. p. 89.

Fed. Morellus p. R. hæc interiecit e C. C. mnſ. p. 5. & Euſeb. contextu.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

totũ regni ſui tempus, vt imperij dignitas poſtulat, exegit: & cùm in aliis omnibus humaniſſimũ & beneficentiſſimũ ſeſe præberet, laudabilem admodũ & beatũ vitæ exitum cõſecutus eſt. Solus ex imperatorib. ob filiũ ingenuũ, quem poſt ſe in imperio ſucceſſorẽ reliquit, principẽ in omnibus modeſtiſſimũ & ſanctiſſimũ, proſperè ac glorioſè exceſſit è vita. Huius filius Conſtantinus, imperator ſummus & auguſtus, cùm ab exercitibus, tũ multo ante ab ipſo Deo ſummo omnium imperatore declaratus, ſtatim à principio ſe paternæ pietatis erga religionẽ noſtram æmulũ & imitatorẽ præſtitit. *Et poſt aliqua.* Cùm ſic Conſtãtinus (quem imperatorẽ ex imperatore, religioſum ex religioſiſſimo patre & omnino modeſtiſſimo natum diximus) prudentia & pietate ornatus, Dei imperatoris omniũ & Saluatoris inſtinctu, contra impiiſſimos tyrannos excitatus eſſet: Romęquidem, Deo opem ferente, Maxentius præter omnium opinionem ab ipſo deuictus, cadit:

Euſeb. δαίμον, felicem.

Euſ. l. 9. c. 9. p. 103. b.

ἡμᾶς, ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν παῖδα ἀφ' ἧς ἐβασίλευσε χρόνου· καὶ τὰ ἄλλα πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον ἑαυτὸν παρέχων, τέλος εὐδόκιμον* τελευταῖον ἀπέλιπε τὸ βίον. Μόνος δὴ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ὑπερδόξως δὴ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ, τὰ πάντα εὐσεβεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος βασιλεὺς πλειόταῖς καὶ σεβασὸς θεὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ πρότερον* παρ' αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ τῶν ὅλων καὶ σωτῆρος, καὶ τῶν δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγηγερμένου, θεῷ συμμαχοῦντος αὐτῷ, παραδόξοτατα πίστει μὲν ὅτι Ῥώμης ὑπὸ Κωνσταντίνου Μαξέντιος·

ὁ δ' ἐπ' ἀταξίας ὑ πολὺν ὀπι-
ζήσας ἐκείνῳ χρόνον, αὐχίστῳ
δ' αὐτὸς θανάτῳ, ὑπὸ Λικινίου,
ὅπω πότε μανέντος, 15 [πεμφθη-
σομένου κατ' αὐτὸ ὑπὸ Κων-
σαντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασι-
λέως] καταχρέωσι τὸ βίον. ὁ δὲ
πρεσβύτερός γε μήν, ὁ καὶ πρώτῃ τῇ τάξει
τῆς βασιλείας ὢν τυγχάνων Κωνστα-
τῖνος, τὸ ὑπὸ Ῥώμης καταπε-
φρονουμένων φεισάμενος λαῶν, θεὸν
τὸν οὐράνιον, τόν τε τούτου λόγον, B
αὐτὸν δὴ τὸν πάντων σωτῆρα Ἰη-
σοῦν Χριστὸν σύμμαχον δι' εὐχῶν
ὑπεκλεσάμενος, τοσούτοις παν-
στρατιᾷ τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευ-
θερίας Ῥωμαίοις προμνώμενος.
ταῦτα ὁ Εὐσέβιος. ὁ δὲ Ῥοφῖνος εἰ
καὶ μὴ κατ' τάξιν τὴν ἀκολουθίαν, καὶ
τὴν τῆς ἀληθείας ἁρμονίαν Εὐσε-
βίου τοῦ πάνυ τοῦ Γαμφίλου τὴν
ἱστορίαν ἐπέβηκεν, ἀλλ' ὅμως ὅσα
συγχυθῆ τῆς Εὐσεβίου πραγμα-
τείας εὕρισκον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ῥουφί-
νου καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων ἀπαλε-
ξάμενος, ἐνθήτω, καθὰ αὐτοπτέρῳ
εἵρηκα, πρὸ δὲ τῷ βιβλίῳ. λέγει δὲ
καὶ ὅδε. μετὰ γοῦν τὸ Διοκλητιανοῦ
καὶ Μαξιμιανοῦ ἀπόθεσιν καὶ τὴν πα-
λυτὴν Κωνσταντίου, ὑπολειπο-
μένων τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁμόχρονοι

qui verò in Oriente tyA rannus, non multo tempore illi ſuperſtes, à Licinio nondum inſaniente (quẽ religioſiſsimus imperator Conſtantinus eò contra illum miſerat) ſuperatus, turpiſsima morte vitam finijt. Conſtantinus autem honore & imperij gradu ſummus, eorum qui Romę tyrannide opprimebantur antea miſertus, poſtquam Deum cœli, Verbúmque eius Ieſum Chriſtũ, Saluatorem omnium, adiutorem ſibi precibus inuocaſſet, Romam cum omnibus copiis proficiſcitur, vt Romanis priſtinam libertatem, quam à maioribus acceperũt, reſtitueret. *Hæc Euſebius.* Licet Ruffinus non ordine rerum omnem conſequentiam, & veritatis harmoniam ſequutus, illuſtris illius Euſebij Pãphili hiſtoriam expoſuerit: tamen ego quæcunque affinia Euſebianę hiſtoriæ inuenero, cum in Ruffino tum in ſcriptoribus alijs, vbi ea collegerim, vt ſupra dixi, huic operi inſerã. Ille vero ſic ait: Poſtquã Diocletianus & Maximianus regni inſignia depoſuiſsẽt, ac Cõſtãtius exceſſiſſet è vita, reliqui Rom. imperij reges qui ſimul impera

Parentheſi incluſa non leguntur apud Euſeb.

15

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

bant, hi erant. Constantinus in partem patris D fui successit, quæ ab ea quæ vocatur Europa incipiens, ad Danubium vsque protẽditur, vtramque Scythiam, Celtas omnes, Illyrios, Sarmatas & omnem barbarorum terram quæ ad Rhenum fluuiũ porrigitur, atque Macedoniam, & vicinum mare complexa, Thessaliam, & Achaiam, & quæcunque ad E occidentem solem vergentia Ionio terminãtur mari. Maximinus Diocletiani filius (vt ait Eusebius) omnes ad oriẽtem gentes: Maxentius vero Romã, & quę ab Italia ad Oceanum protenduntur administrauit.

βασιλεῖς οἳ δὲ Κωνσταντῖνος μὲν τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν εἰληφώς· αὕτη δὲ ἦν ἀπὸ τῆς καλουμένης Εὐρώπης ἀρχομένη, ὅπῃ τὸν Ἴστρον διήκουσα, Σκυθίαν τε ἑκατέραν, καὶ Κελτοὺς ἅπαντας Ἰλλυριούς τε καὶ Σαυρομάτας, καὶ τὴν ὅπῃ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν καθήκουσαν τῶν βαρβάρων γῆν, τήν τε Μακεδονίαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλασσαν, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν, καὶ ὅσα πρὸς ἥλιον δυόμενον ὑπερέφοντα τὸ Ἰόνιον εἴζει πέλαγος. Καὶ Μαξιμῖνος μὲν ὁ Διοκλητιανοῦ παῖς, ἅπαντα τὰ κατ' ἀνατολὴν ἔθνη, καθάφησιν ὁ Εὐσέβιος· Μαξέντιος τε τὴν Ῥώμην καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας εἰς αὐτὸν καθήκοντα τὸν ὠκεανὸν διεῖπον.

CAP. II.

POstquã Constantinus patri legitimè parẽtasset, & cõsuetos persoluisset honores, otium in ea Romanorũ calamitate, sibi inter supplicia esse duxit. Audiuit enim Romã Maxẽtij improbitate grauiter affligi, qui regni moderationẽ in sæuam tyrannidem commutauerat. Multos enim principes viros indicta caussa neci dedit: Supplicia & exilia irrogare, agros &

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ οὖν μὲν τὴν τοῦ πατρὸς εἶνομον κηδεῖαν, καὶ τὰς νομιζομένας παρ' αὐτοῦ τιμάς, ζημίαν ἡγήσατο τῆς Ῥωμαίων συμφορᾶς, τὴν ἀπιχίαν. ἤκουε γὰρ τὴν Ῥωμαίων πόλιν κάμνουσαν τοῖς Μαξεντίου κακοῖς. εἰς γὰρ ὠμότητα τυραννίδος ὁ τῆς βασιλείας αὐτῷ μεταβάλλει τρόπος. πολλοὺς τε γὰρ ἀκρίτως τῶν ἐν πόλει θανάτῳ ζημίαις τε καὶ φυγαῖς, καὶ τῆς γῆς

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

αὐαδασμὸν, καὶ προθυμίας ἀρε-
ξετάστως ἐπέδωκεν. ἤδη δὲ καὶ γυ-
ναικῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν, ἢ κακίᾳ
διέφθειρεν, ἢ τοῖς ὁπλίσμασιν
ἐβιάζετο. καὶ λοιπὸν ἀσφαλὲς
ἦν γυναῖκα ἔχειν ὡραίαν. καὶ διὰ
σωφροσύνης φυλακὴν, πολλή τις ἦν
κατὰ τὴν πόλιν μιαιφονία. ταῦτα καὶ
πλείονα ἕτερα ἀκούων ὁ θεοφιλέ-
στατος Κωνσταντῖνος ἅτε μὴ τῆς πα-
ρούσης ὅτι σωτάξεως, παρω-
ξύνετο. ποιεῖ γὰρ οἰκείαν λύπην τοῖς
φιλοθέοις ἀνδράσιν, ἢ τῶν ἀλλο-
τρίων πραγμάτων ἀδικία.

honores tribuere sine de-
lectu consueuit: alienas
cõiuges quarum, amore
capiebatur, aut fraude in
stuprũ illexit, aut impe-
rijs ad flagitium impulit.
nulli tutũ erat formosam
vxorem habere: pudici-
tiæ tutandæ causa, multa
erat in tota vrbe cædes.
Cum hæc aliáque pluri-
ma, quæ huius instituti
non sunt, Constantinus
Deo charissimus audi-
uisset, grauiter commo-
tus est. Viris enim pijs
proprium dolorẽ com-
mouet, aliena iniuria.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ὅΠΩΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΜΑΞΕΝΤΙΟΥ ἐΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥΣΑΤΟ.

DE REGE CONSTANTINO, *quomodo exercitum contra tyrannum Maxentium duxit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. γ.

CAPVT. 3.

ΕΔόκει δὴ αὐτῷ λοιπὸν τῶν ὅπλων ἅπτεσθαι, καὶ τοῖς τοιαῦτα πάσχουσι Ῥωμαίοις ἐπαμῦναι. τὸ γὰρ ἐκείνους τῶν κακῶν ἐξελέσθαι, ἴσον ἦν *εἰπεῖν, καὶ πάντας ἀνθρώπους σῶσαι. βουλὴν δὲ λαμβάνει πρῶτον τὰς ἀποστατούσας πόλεις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνακαλέσασθαι, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις, τὰς δὲ τῇ τῆς φιλανθρωπίας ὑπαίθρῳ· ποιᾷ γὰρ φό-

PLacuit postea Con-
stãtino arma capere,
& Romanos à talibus
iniurijs vindicare. nam
illos ex malis eripere
perinde esse dicebat at-
que omnes homines ser-
uare. Primum statuit
reuocare vrbes quæ à
Romano imperio defe-
ciuerunt, alias quidem
verbis, alias vero armis,
nonnullas etiã beneficẽ-
tię & humanitatis officijs.

* γρ. εἰπεῖν, *h. e. idem erat dictu, ac o.*

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Nã tributa leuiora reddidit: in hominibus audiendis admittendísque æquabilẽ se prębuit: rerũ nouarũ studia & insolẽtias cautè sustulit, silẽtio magis quã metu: sciens Saurorum, Frãcorum, & Germanorũ gentes, nouitatis studiosas, ad omnes regum motus facile concitari, ac sæpe animi sensum tanquam legem sequi. adduxit etiã Hispanos, Britannos, & insularum quæ illic sunt incolas, atque nationes reliquas: omnes etiam occasus obitúsque solis testes, qui se scire gloriantur, vtrum sol vere Oceano immergatur, siue circum aquas currens, rursum alia via ad nos redeat. barbaras illic gentes vi & armis cepit, hac velut belli accessione ad susceptum bellum opportunè postea vsurus. Ex ijs populis alios quidem subegit, alijs stipendia soluit, nonnullos etiam ex hostibus amicos, ex veteribus inimicis familiares & coniunctos reddidit: omnes futuri belli socios sibi adiũxit, neminem lædens, † nec obsidione premẽs, sed ad aliorũ salutẽ magna festinatione properans. Deo enim belli adiutore, oĩa recte geruntur,

Hic etiam locus restitutus est à F. Morello P. Rope C.C.M. P.S.

Hæc idem Morellus addidit indidem.

16

D ἐις αὐτοῖς κουφοτέρεις ἀπέφηνε, καὶ τὴν τῆς ἀκροάσεως ἰσότητα παρεῖχε, πάσης * νεωτεροποιίας καὶ ἀπονοίας σωφρόνως διέλυε, σωφρόνων μᾶλλον ἢ φοβερῶν· εἰδὼς τὰ Σαύρων καὶ τὰ Φραγκῶν καὶ τὰ Γερμανῶν ἔθνη φιλόκαινα * τε εἶναι, καὶ πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἐπανασάσεις δυείπτους ἔχειν ὁρμὰς, καὶ νόμον πολλάκις τὴν γνώμην ποιεῖσθαι. ὑπηγάγετο δὲ καὶ Σπάνους καὶ Βρεττανοὺς καὶ τὰς E αὐτόθι νήσους καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, καὶ ἅπαντας τοὺς τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν γινομένους μάρτυρας, εἰ δεῖ φασὶν εἴτε ἀληθῶς τῷ ὠκεανῷ καταδύεται, εἴτε καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ φθάσας πάλιν δι' ἑτέρας ὁδοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀναπέμπει. εἷλε δὲ καὶ τῷ κράτει τῶν ὅπλων τὰ αὐτόθι βάρβαρα φῦλα, παρέργῳ τῆς μάχης πρὸς τὸ ἔργον συγχεπαίδμος. τοὺς μὲν γὰρ ὑπο- πάξας, τοὺς δὲ μισθοδοτήσας, τοὺς φίλους αὖ τῶν πολεμίων, καὶ συνήθεις αὖ τῶν παλαιῶν ἐχθρῶν κατασήσας, ἐπανήγαγε πάντας συμμάχους, οὐδένα λυπήσας, [οὐδὲ πολιορκήσας] καὶ ὅπερ τῶν ἑτέρων σπεύσαν ἐπιχθείς. ὅπου γὰρ ὁ θεὸς συμμαχεῖ, πάντα κατευθύνεται,

» properans. Deo enim belli adiutore, oĩa recte geruntur,

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

καὶ τὸν ἀνθρώπινον* λογισμὸν ὑπε- A
κφέρει. μετ' τοιαύτης φιλοθέου
γνώμης ὁ πάντα πιστὸτατος Κων-
σαντῖνος, τὸν Ῥῆνον ὅτι δεξιᾷ
διαβαίη, καὶ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλοὺς
δὲ ποταμοὺς ἀνωνύμους, ὀλίγω
στρατῷ περαιωθείς, πολλά τε
βάρβαρα ἔθνη χρωσάμενος
Γαλατῶν καὶ Φράγκων καὶ Σπάνων
δέκα ἔθνη καταδράμενος, πρω-
τῆν λοιπὸν τοῖς Ἰταλίας ὄρεσι τὸ
στράτευμα. Ταῦτα ἀκούσαντι τῷ
Μαξεντίῳ, παραχὴ ἦν ἀδό- B
κητος· οὐ γὰρ ἄν ποτε τοσαύτην χώ-
ραν διαβῆναι πρόσθεν, ὄρεσι,
καὶ ποταμοῖς, καὶ ποικίλοις βαρβά-
ροις πεφραγμένην, καὶ ταῖς αὐτο-
φυέσι τῆς ἐρημίας δυσχερείαις.
μέγιστον γὰρ γίνεται πολλάκις ὀπ-
τείχισμα βασιλείας, ἡ τῶν τόπων
ἐρημία. καὶ δὴ ἐδόκει σὺν πολλῷ
τάχει τῆς Ῥώμης ἐκ εξελθόν-
τα τὸν στρατὸν αὐθυπεξάγειν, καὶ
τῆς Ἰταλίας που πρόσω ἀκροὺ- C
σασθαι. ὡς δὲ αὐτὸ παρετάθη τε,
καὶ τὰ σημεῖα εἶδον ἀμήλων, ἐν-
τεῦθα ἡ μάχη λοιπὸν δῆλον εἶχε
τὴν ἔμπλεα. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Ῥώ-
μης πρόσω ἐκπεσόντες, καὶ κατ' φά-
λαγγας ἐκχεόμενοι, καὶ ἀκ πολλῆς

& humana cõsilia ad me- γ. βίον
liores prouehũtur exit⁹. *hominũ vita*
Cùm hoc igitur tam piũ *prouehitur.*
consiliũ in animo habe-
ret fidelissim⁹ imperator
Cõstantinus, Rhenũ flu-
men ad dextram traiecit:
multos montes, multos
etiã sine nomine fluuios
cũ exiguis primũ copijs
transmisit: Deinde bar-
baris multis subactis,
Gallorum, Frãcorum, &
Hispanorum decem na-
tionibus sibi adiunctis,
reliquum omnem exer-
citum ad Italiæ montes
perduxit. Maxentium tã
inopinatę rei nũciusma-
gnopere cõmouit. Nun-
quam enim putauit fore,
vt quispiam exercitum
tam latas regiones traij-
ceret, eásque montibus,
fluuijs, & multorũ bar-
barorum armis intercluſas, atque alijs etiam dif-
ficultatibus, quæ in locis
desertis sua sponte pro-
ueniunt. Regnorũ enim
præsidiũ maximũ plerũ-
que fit, ipsa locorũ solitu
do. Placuit interim exer-
citum clam Roma egres-
sum multa cum celerita-
te aduersum ducere, &
hostem ab Italia depelle-
re. Vbi vero contra instructæ erãt acies, & visa vtrinq; mi-
litaria signa, tum non eadẽ spe pugnaturi videbantur. Ro-
mani enim exposiți, & per phalanges effusi, tũ multa cessa-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

17 tione & quiete recreati digni videbantur qui pugnam cum hoſte cõmitterent, ſpiritus magnos gerentes & vrbe ipſa dignos. Conſtantini vero milites in armis ſtantes inſtructi, multam quidẽ terrã occupauerunt: multa vero ſpolia & exuuias belli auidè collegerunt, curſu magis victoriæ vtẽtes, quàm fructum aliquẽ percipientes ex rebus captis. Cæterùm longa defatigatione fracti nimia laborum aſſiduitate languentes erant & remiſſi.

17 ἐκεχλειας καὶ ἀναπαύσεως ὄντες, ἐδόκουν ἀξιόμαχοι καταφαίνεσθαι φρόνημα φέρειν ἄξιον τῆς πόλεως ἐφάμιλλον. οἱ δὲ μετὰ Κωνσταντίνου διαπόμφοι πολλὴν μὲν καπιλήφεισαν γῆν, πολλὰ δὲ λάφυρα & σκύλα τοῦ πολέμου σωήγυτο πόθῳ, ὁρόμῳ δὲ μᾶλλον τῆς νίκης, ἢ ἀπολαύσει τῶν εἰλημμένων χρημάτων, ἤδη δὲ λοιπὸν ἦσαν πρὸς τὸν κάματον ἀπαγορεύοντες, & πρὸς τὴν πυκνότητα τῶν πόνων ἐνδιδόντες.

18

DE CRVCE QVÆ *apparuit Conſtantino in cœlo.* CAP. 4.

CVm ad hunc modũ pugnare decreuiſſẽt, & copiæ viribꝰ pares vtrinq; ſtarẽt inſtructæ, Deus Conſtãtinum cœlitus armat, oſtendens ei in cœlo ſalutare crucis ſignum ex lucis ſplendore in cœlo figuratum. literæ vero viſionis vim omnẽ & ſenſum explicabant, quibus ſcribebatur. HOC VINCE. hæc narratio infidelibus fabula & cõmentum eſſe videtur, † in gratiam doctrinæ noſtræ: ſed vera credere aſſuetis, certa rei geſtæ declaratio.

18 ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ ΟΥ ΕΦΑΝΗ ΕΝ ΟΥΡΑΝΩ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΩ.

ΟΥΤΩ ΔΗ ΚΕΚΡΙΜΕΝΗΣ ΤΗΣ ΜΑΧΗΣ, & τῆς παρατάξεως ἰσορρόπου οὔσης, ὑφαίνει ὁ θεὸς Κωνσταντῖνον ὁπλίζει, δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον, φωτεινῶς ἐν οὐρανῷ, γράμματα δὲ ἐμήνυε τῆς ὄψεως τὴν δύναμιν, λέγοντα ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ. ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΔΗΓΜΑ ΤΟΙΣ μὲν ἀπίστοις μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα, τοῖς δὲ * ἡμετέροις δόγμασι * κεχαρισμένον. τοῖς δὲ ἀγαθῇ πιστευθησομένοις, ἐναρχὴς & πρόγραψις ἀπόδειξις.

Hic etiã germanam lectionem repoſuit F. M. indidem.

Nam

ὁ γὰρ ἓξ τύπου συμβόλου ζωγράφος θεὸς, ἐδείξεν ἔργῳ μᾶλλον ταῦτα τὴν ἀμφιβύσασαν τῶν γραμμάτων χάριν. [εἰ δὲ μήπω πείθομεν ἃ γράφομεν,] πρότερον γὰρ ἱστορίας γράφομεν, διὰ τὸ μικρὸν ἄνωθεν ἡμᾶς τὰ χρήσιμα συλλέξαι τῶν ἐκείνῳ βεβιωμένων δεῖν ἐν οἷς ἑφεξῆς ἀπιστεῖν δεῖ, ἃ καὶ ὅτι τῶν ἡμετέρων ἡλικιῶν, οἱ Κωνσταντίνῳ τῷ Κωνσταντίνου παιδὶ συμμαθητεύσαμεν ἅμα οἱ καὶ αὐτοπτήσαντες, τῶν παλαιῶν ἀπιστίαν, νεαραῖς ὄψεσιν ἐθεράπευσαν. εἶτε γὰρ Ἑβραῖοι εἶεν οἱ τύποις ἀντιλέγοντες· πολλῶν τούτων ἀπιθανώτερα τὰ ἐν ταῖς ἐκείνων βίβλοις πιστευόμενα· θάλασσα πεζευομένη, καὶ ὕδωρ [19] πηγνύμενον, καὶ πέλαγος ὁδοιπορούμενον, καὶ θεὸς ἐν βάτῳ [20] φθεγγόμενος, καὶ φλὸξ νομοθετοῦσα, καὶ σάλπιγξ ἄνευ ὀργάνου τὴν ἔρημον σωμηχοῦσα, καὶ ἄγγελοι συμπαρατασσόμενοι καὶ ἀρχιστράτηγοι δυνάμεως Κυρίου τὸ φάλαγγος ἐμφερόμενοι, καὶ λίθοι χαλάζης, καὶ βέλη πυρὸς ἀντὶ τῶν σωμήθων δοράτων βαλλόμενα. καὶ ὅμως ἀνεξετάστως πάντες οἱ δὲ φρονοῦντες σωζόμεθα. θεοῦ γὰρ βουλομένου, οὐδὲν [21] ἀμήχανον· εἴπερ

Nam Deus qui ſignum iſtud pinxit, reipſa poſtea oſtendit gratiã literis ſignificatã minimè vanam fuiſſe. [Quòd ſi nondum perſuadem°, quod ſcribimus:] Prius enim hiſtoriã ſcribim°, eo quod rẽ omnẽ paulo altius arceſſentes, colligamus quæ ab illo vtiliter geſta ſunt in vita: Verũ ijs quæ deinceps ſequuntur credere oportet, quæ cũ noſtra etiam ætate, qui ſub Conſtãtio Cõſtãtini filio militabãt, ſuis vidiſſent oculis, veterẽ infidelitatẽ nouis viſionibus ſanarunt. Si Hebræi his contradixerint, multa ex eorum libris incredibiliora proferri poſſunt, quæ tamen vera eſſe creduntur: vt maria pedibus peragrari: aquas velut muros concretas ſtare & ſolidas: per pelagus iter fieri: Deum in rubo loqui: flammam leges ferre: tubam ſine organo in ſolitudine perſonare: Angelos ad prælium inſtrui, principes militiæ Domini pro exercitu pugnare; & lapidis velut grandinem cadere, & tela ignea pro cõſuetis haſtis emitti. nihilominus facile omnes iſtis ſi recte ſapimus aſſentimur. Deo enim volente, nihil eſt quod fieri non poſſit.

Hæc interiecta ſunt ex ijſd. C.C. bono ſenſus.

19 20 21

Si verò Græci miraculum iſtud minus probauerint, multa dicere poſſumus, quibus nunc
22 cenſemus eſſe ſuperſedẽdum. Quanta Alexandro volẽti copias Granicum flumen traijcere & bellũ Dario inferre, vaticinati ſunt arioli? atque hęc eorum cõmenta, nullã euidentẽ ſui demonſtrationem habent. Quomodo Socratis Philoſophi Dæmoniũ voce prænunciare illi potuerat rerum non agendarũ euẽtus? Quomodo verò quæ de Pythagora Samio ab ipſius diſcipulis ſcripta ſunt? poëtarũ figmenta, ac quo pacto inter illos nõnulli fama celebres, quosdam eorũ quos Deos eſſe exiſtimãt, vna cum ipſis militare & bellare ſcribant, cõſultò prætereo, ne quis me fabuloſa cum veris, F
χ. Χριστοῦ & quæ nuſquam geſta cum geſtis comparare velle putet. Præpotentem autem Dei Chriſti gratiam ex quo inter homines ea exuberauit, & in cœlo, & in terra, & in mari, & in plantis, & in lignis, & inveſtibus, & in morbo, & in ſanitate, & in cibo, & in potu, tutiſſimum præſidium, & malorum tam præſentium quam futurorum remedium eſſe experti

Ἕλληνες εἰεν οἱ τὸ θαῦμα μὴ ὡδὶ δεχόμενοι, πολλὰ ἔχομεν εἰπεῖν, ἃ μὴ βουλόμεθα λέγειν· πόσα Ἀλεξάνδρῳ[22] μέλλοντι περαιοῦν θαυτὸν ὅπι Γρανικῷ πόλεμον, καὶ τὴν ὅπι Δαρεῖον ὡδὶ τάξιν, ἐπεθείασαν οἱ χρησμολόγοι· καὶ τί τὰ ἐκείνων πλάσματα τὴν φαινομένην ἀπόδειξιν ὅτι ἔχει. πῶς τε Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ δαιμόνιον διὰ φωνῆς προεμήνυε τῷ μὴ πρακτέων τὴν ἐκβασιν· καὶ τὰ περὶ Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου, ὑπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν συντεθέντα· ἐῶ λέγειν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν πλάσματα, καὶ πῶς πινες τῶν παρ' αὐτοῖς δοκίμων, καὶ συμπολεμεῖν αὐτοῖς πρὸς τῶν παρ' αὐτοῖς νομισθέντων θεῶν· ἵνα μήτις τὰ μυθώδη τοῖς ἀγνοήσει, καὶ τὰ μηδαμοῦ πραχθέντα τοῖς πραχθεῖσιν αὐτοῖς παίζειν νομίσῃ. τὴν δὲ πολυδύναμον τοῦ θεοῦ * χάριν, ἀφ' οὗ πρὸς εἰς ἀνθρώπους ἤνθησε, καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ὅπι γῆς καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν ξύλοις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν νόσῳ, καὶ ἐν ὑγείᾳ, καὶ ἐν βρωτοῖς, καὶ ἐν ποτοῖς, ἀγεξιφάρμακόν τε γενομένην, καὶ γινομένην καὶ ἐσομένην θεραπείαν, καὶ οἱ πρεσ-

θέντες μὲν ἴσασι, & ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν, προϊούσης τῆς ἱστορίας, ἐκθησόμεθα.

norunt, & nos etiam in A progressu historiæ suo tempore exponemus.

Περὶ τοῦ 23 Σήμου ὃ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, αὐτύπωτον τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν οὐρανῷ.

De vexillo quod fecit Constantinus, in quo effigies crucis in cælo visa 23

CAP. 5.

Ὁ δ' οὖν Κωνσταντῖνος τὸν τοῦ θαύματος ὄψιν, εἰς βραχύ σου χῖμα μεταβαλὼν, καὶ χρυσοκολλήτοις λίθοις σωαρμόσας, εἰς δόρατος ἀπαρτίσας ὑψηλοτάτου ὄψιν· εὐθὺς φέρειν τοῖς πρωτοπεύσι, τὴν τοῦ χαράγματος ὑποσχέσιν διὰ τοῦ ἔργου B λοιπὸν ὑπιζήτει, καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτε· θᾶττον μὲν οἷς πιθανὸς πιστεύσας, ταχυτέραν δὲ τῆς ὄψεως τὴν νίκην ὑποδεξάμενος.

Constantinus igitur signum quod viderat, in vexillum suum transtulit, idque auro & lapidibus pretiosis intextum, ac in longissimæ hastæ speciem efformatum, primis equitibus perferendum dedit, literarum promissa reipsa deinceps explorare cupiens: nec spe sua frustratus est. citò enim cũ credidisset ijs quæ viderat, pene citius victoria potitus est.

Περὶ τῆς κατὰ τοὺς ἀσεβοῦς Μαξεντίου νίκης, τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

De victoria quam pius Constantinus ab impio Maxentio reportauit.

CAP. 6.

Ὁ μὲν οὖν Κωνσταντῖνος τὸν πολὺν τοῦ πολέμου κάματον τῇ πίστει ὑποπεμψόμενος, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Ῥώμης στρατὸν οὐχ ὑφωρώμενος, γναμψως αὐτῷ παρεσκεύαστο. Μαξέντιος δὲ τὴν Κωνσταντίνου δύναμιν δείσας, ἔτι τε καὶ τὸ μῖσος Ῥωμαίων ὑφορώμενος (περὶς C

Constantinus magnum belli laborẽ fide præcidens, & Romanum exercitum minime reformidans, suos contra fortiter instruxit. Maxẽtius vero Constãtini vires metuens, & Romanorum in se odiũ suspectum habens (plu-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

rimis enim ob nequitiã suam inuisus erat) dolo moliebatur insidias: dolum in ponte parabat, quem hac arte compegit: quod aperte extabat & apparebat, Constantinũ recipere & transitũ præ-
24 bere posse videbatur: sed latebat occultè deceptionis laqueus, ad illius pedes irretiendos paratus. Nam progredi solum in eo paulum oportuit hostem , vt soluta machina captus inopinata morte in eo loco periret. atque sic ille flumen traiecturis retia posuit. Sed diuina gratia malorum artificem , suis ipsius technis implicuit. Nam antequam caperetur Constantinus, tyrannus ipse prior progressus in sua incidit retia, & illic sui ipsius tyrannicida factus, nõ inutiles ipse sibi insidias in cõspectu Ro-
25 mæ posuisse visus est: ad pontem Miluiũ dictum. Maxentius ipse demersus in flumẽ suffocat⁹ perijt. vt merito (quemadmodũ inquit Eusebius Pamphili) exclamare potuerit populus Romanus , C*antemus domino: gloriose enim magnificatus est, equum &*

Exod. 25.

Ὁ δὲ πῃ πλείσους δι' αὐτὴν διεβέβλητο) ἐσκέψατο δόλῳ τὴν ἐπιβουλὴν μεταθεῖν· ὁ δὲ δόλος κέφυκε ἦν εἰς μηχανῆς εἶδος ὑπὸ τ' ποιούντων συμπαγεῖσα. τὸ μὲν γὰρ φαινόμενον ἄνωθεν, 24 διάβασις ἦν τοῦ Κωνσταντῖνον ὑποδεξομένη· τὸ δὲ λανθάνον παγὶς ἦν πλάνης, τοῖς ἐκείνου βήμασι συνυφεῖσα. διαβῆναι γὰρ μικρὸν ἔδει, καὶ τὸ μηχάνημα λέλυτο, καὶ ὁ πολέμιος ἐλήφθη, πάθος ἀδόκητον τῆς ἀπωλείας τὸν τόπον λαβών. ἀλλ' ὁ μὲν ὅπως ἐσκεύασε τῆς ἐπιβάσεως τὰ θεατρικὰ δὲ χάρις τοῖς οἰκείοις ὄφισμασι τὸν τῶν κακῶν τεχνίτην ἐνεδήσατο. πρὶν γὰρ Κωνσταντῖνον ἀγῶναι, φθάσας αὐτὸς ὑποπίπτει ταῖς οἰκείαις τέχναις ὁ τύραννος, κἀκεῖ τυραννοκτόνος ἑαυτῷ γενόμενος, ἐπὶ τὴν ἐπιβουλὴν καθ' ἑαυτῷ σκευάσας πρὸ τῆς Ῥώμης, πρὲ τὴν καλουμένην 25 Μουλβίαν γέφυραν. ὁ προρρήθεις Μαξέντιος αὐτὸς καταδὺς εἰς τὸν ποταμὸν ἀποπνιγεὶς ὤλετο· ὥστε τὸν δῆμον ὅλον Ῥωμαίων (καθά φησι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου) βοῆσαι λέγοντα· ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, φησί, ἵππον καὶ

ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. Ⓒ, τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς Κύριε; τίς ὅμοιός σοι, δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις; θαυμαστὸς ἐν * δόξῃ, ποιῶν τέρατα. ὅτις ὅπλεξε ὁ αὐτὸς ταῦτα Ⓒ ὅσα τοῖς ἀδελφάτε καὶ ἐμφερῆ * Κωνσταντῖνος, τ παντηγυρίσας Ⓒ τῆς νίκης αὖπον θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν αὐτοῖς ἔργοις ἀνυμνήσας, ὅτε Ῥώμην μετ' ὅπλων εἰσήλασε, πάντων ἀθρόως αὐτὸν ὡς τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ ὡς ἄνωθεν διαπεπταμένων, σὺν παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων, [26] ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶ, φαιδροῖς ὄμμασιν, αὐταῖς ψυχαῖς, θεία λυτρωτὴν, Ⓒ σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην μετ' εὐφημιῶν καὶ ἁπλήστου χαρᾶς ὑποδεχομένων. ὁ δὲ ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μηδ' ὅλως Ⓒ ὑπὸ ταῖς βοαῖς ὠγκαλλυόμενος, εὖ μάλα τῆς ἐκ θεοῦ συναγάλλεται βοηθείας, αὐτίκα τὸ τοῦ σωτηρίου [27] πάθους τρόπαιον, ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἀναπτῆναι κελεύει. καὶ δὴ σὺν εὖ σημεῖον ἐν τῇ δεξιᾷ κατέχοντα

A *ascensorẽ deiecit in mare, adiutor & protector factus est mihi ad salutẽ. & quis similis tibi in Dijs Domine? quis similis tibi gloriosus in sanctis, † admirabilis in gloria, faciens prodigia?* Cum hæc aliáque insuper his similia & germana *Cõstantinus addidisset, omnium ducem & victoriæ auctorem Deum & vnigenitum eius filiũ Iesum Christum re ipsa celebrãs Romam cum triũpho & celebri põpa ingreditur: omnibus confertim tam qui senatorio ordine, quã qui alijs dignitatũ ornamentis illustres erant, cũ toto populo Romano, infantibus simul & mulieribus, lato oculorũ obtutu & labentibus animis, tanquã liberatorẽm, seruatorẽ & beneficum patronũ suum, cum faustis acclamationibus & insatiabili gaudio illum excipientibus. Ille verò insita in Deum pietate imbutus, applausu illo strepitúque populari nullo pacto elatus, sed auxilij a Deo allati sibi probè conscius, statim salutaris passionis trophæũ in manu propriæ imaginis poni iubet: & cum statuã ipsius dextra crucis signũ tenentẽ,

B

C

26

27

† Ita reposuit F. M. congruenter edit. LXX. & tonti Hebr. C. C. F. *M. hîc interpungũt: & sequitur,* Κωνς. ὃ τ. *vt superiora ad Eusebium referantur: & mox legatur,* Constantinus verò omn. &c.

Romæ in loco populi frequentia maxime celebri collocarint, hanc inſcriptionẽ his ipſius verbis 28 Latino ſermone in ea incidi mandat.

Hoc *ſalutari ſigno, vero fortitudinis indicio ciuitatem veſtram tyrannidis iugo liberaui, &* S.P.Q.R. *in libertatem vindicans, priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui.* hæc Euſebius.

αὐτὸν, ἐν τῷ μάλιστα τῶν ὑπὸ Ῥώμης δεδημοσιευμένων τόπων ἱδρύσαντες, αὐτὴν διὰ ταύτην τῆς γραφῆς 28 ἐπιγραφὴν ῥήμασιν αὐτοῖς ἐξαλεῖφεσθαι, τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. Τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ τῷ δηλωτικῷ ἧς ἔσχε τῆς ἀνδρείας, τὴν πολιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τῶν τυράννων δεδουλωμένην ἐλευθερώσας ἠλευθέρωσε· ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ὑπαφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησε. ταῦτα τὰ Εὐσέβιος.

DE LICINIO A *Conſtãtino pio miſſo contra tyrannum qui in Oriente erat.*

CAP. 7.

RVffinus ille Gelaſius ſic ait: Poſt hęc rogauit ſenatus Liciniũ Conſtantiæ Sororis Cõſtantini illius pij maritũ, vt vna cum Conſtantino regnaret: hunc ſtatim in orientem contra tyrannum qui illic erat miſit, ſalutem Chriſtianorũ qui illic erant procurans. Pius enim imperator tantis beneficijs a Deo affectus, bonam gratiam benefico illi rependere omni ſtudio cõtendit: ea erat Chriſtia-

Ὃτε μὴν Ῥουφῖνος ἤγουν Γελάσιος ταῦτα λέγει ὧδε· μετὰ ταῦτα Λικίνιον γαμβρὸν τυγχάνοντα τῷ θεοφιλοῖς Κωνσταντίνου, ὑπὸ τῇ ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ, συμβασιλεύειν τῷ Κωνσταντίνῳ, ἡ Ῥωμαίων ἠτήσατο σύγκλητος. ὃν πνα αὖθις ὑπὸ τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψε κατὰ τῶν ἐκεῖσε τυράννου τὴν σωτηρίαν τῶν ἐκεῖσε χριστιανῶν προμηθούμενος. ἀπολαύσας δὲ τῶν τηλικούτων εὐεργεσιῶν ἐκ θεοῦ ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος, εὐχαριστήσαι τῷ* εὐεργέτῃ προθέρειν ἐσπούδαζε. ταῦτα δὲ ἦν 29 τὸ δύεσθαι

ἐξ. ἐσπέρᾳ,

29

πους χριστιανοὺς τῶ διώκεσθαι, & τοὺς ἐν ἐξορείᾳ ὄντας μὴ καλεῖσθαι, πους ἐν δεσμωτηρίοις ἀφίεσθαι, καὶ τοῖς δημεύτοις τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀποκαθίστασθαι, καὶ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν ἀνορθοῦσθαι. καὶ πάντα ἐποίει σὺν προθυμίᾳ πολλῇ τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονῶν, τὰ πάντα, Χριστιανὸς ὤν, ὡς χριστιανὸς πάντα ἐπραττεν, ἀνεγείρων τὰς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, καὶ πολυτελέσι πυλῶν ἀναθήμασιν. ἔτι δὲ & τοὺς Ἑλλήνων ναοὺς καθαιρεῖσθαι, & πυρὶ δοὺς φθείρεσθαι προσέταττεν.

norum afflictionē quiete aliqua & remiſſione leuare: & alios de exilio reducere: quoſdã è carcere & vinculis emittere: nonnullos cũ bonis ſuis publicatos, in integrũ reſtituere: & ipſorũ eccleſias inſtaurare. omnia vero ſumma cũ animi alacritate fecit, ea quæ Chriſti ſunt ſapiens in omnibus: cũ Chriſtianus eſſet omnia tãquam Chriſtianus fecit, Dei quidē Eccleſias extruēs, & pretioſis ornans donarijs: Græcorum vero templa dirui iubens & incendi.

ΓΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΤ' ΑΙΑΤΟΛΗΝ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΜΑΞΙΜΙΝΟΥ ΑΠΟΝΟΙΑΣ.

DE MAXIMINI *Orientis tyranni dementia.* CAP. 8.

Ὁμοῦ που κτ' τὴν ἀνατολὴν Τύραννος, τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐποίει. ἐξαπεῖληπτο δὲ αὐτὸν τοιαύτης αἰτίας, τὸ μέγεθος τῆς οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῷ ὑπαρχείσης ἡγεμονίας, μήτε εἰόστε φέρειν ὢν, μήτε δι' ἀπειρίαν ὄφρονος & βασιλικοῦ λογισμοῦ, ἀπερισκέπτως τοῖς πράγμασιν ἐγχρῶν. ὑπὸ πάσι δὲ ὑπερηφανίας μεγαλαυχίᾳ τ' ψυχὴν ἀγόγως ἐχθεὶς, ἤδη καὶ κτ' αὐτῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν καὶ μάλιστα Κωνσταντίνου (τοῦ πάντα

ORientis ille tyrannus Dei Eccleſias interea depopulabatur. decepit ipſum huiuſmodi cauſa: magnitudinem imperij quod ei ſupra meritum obtigerat ferre atque ſuſtinere non poterat, ſed honeſti regiíque ingenij expers, inepte & perperam res gerebat. graui atque intolerabili arrogantia in omnibus rebus elatus, etiam contra imperij ſocios, maximè vero contra Conſtantinum (qui

rebus omnibus illi longe antecellebat, genere, educatione, institutione, dignitate, & prouidētia: quique,)quod omniū caput est,animi moderatione & vera erga Deū pietate præfulgebat) audere quæuis & attentare animū induxit, & in honoribus votisq; publicis sese primo loco renunciare: mox stultitiam in furorē vertēs, fœdera cum Licinio pacta rupit, ac bellū nullis inducijs dirimendū concitauit. Postremo cū breui omnia miscuisset, totámque ciuitatem turbasset,atque confecisset exercitū decem milliū virorū,exit ad pugnā, tam cōtra Liciniū ipsum, quàm qui illum miserat Constantinum: Sed manus conferens, diuina ope destituitur, victoria tunc ab ipso vno omniū Deo, victori Constantino submini strata. Primum sceleratus ille eam armatorū militum manum cui confidebat plurimum amisit: mox satellitum præsidio nudatus, & ab alijs omnibus, qui relicto illo ad victorem confugerant, desertus, clā discessit miser: &

A αὐτὸ διαφέροντος γένει τε καὶ τροφῇ καὶ παιδείᾳ, ἀξιώματί τε καὶ σωφροσύνῃ, καὶ πάντων κορυφαιότατον, καὶ τῇ περὶ τὸν ὄντως θεὸν εὐσεβείᾳ διαλάμποντος) πολμᾷ ὥρμησε Μαξιμῖνος θρασύνεσθαι, καὶ πρῶτον ἑαυτὸν τῆς τιμῆς ὑποχωρεῦσαι. ὑπατείας δὲ [31] εἰς ὑπόνοιαν μανίας, τάς τε σωθείσας αὖ πρὸς Λικίνιον πεποίησε, πολεμήσας, [32] πόλεμον ἄσπονδον αἱρεῖται. εἶτα ὁπλοις βραχεῖ τὰ πάντα νικήσας, πᾶσάν τε πόλιν ἐκπολιορκήσας, καὶ πᾶν στρατόπεδον μυριάνδρου τὸ πλῆθος συναγαγών, ἧκεν εἰς μάχην πρὸς Λικίνιον, ἐπί τε αὐτῷ καὶ τῷ αὐτὸν στείλαντος Κωνσταντίνου· καὶ δὴ συμβαλὼν εἰς χεῖρας, ἔρημος τῆς ἐκ θεοῦ καθίσταται ὑποσκοπῆς· ἐξ αὐτῷ τῆς νίκης, τῷ πάντων μόνου θεῷ πρυτανευθείσης τῷ τότε κρατοῦντι Κωνσταντίνῳ. ἀπόλλυσι μὲν πρῶτα τὸ ἐφ' ᾧ ἐπεποίθει ὁπλιτικὸν πλῆθος ὁ ἀμείλιος. [33] τῶν περὶ αὐτὸν δορυφόρων γυμνωθείς, καὶ πάντων ἔρημον αὐτὸν καταλελοιπότων τῷ τε κρατοῦντι προσπεφυγότων, ὑπεξῆλθε λάθρα ὁ δείλαιος, ὡς πάρεστα τὸν ἐπὶ τοῖς αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον

σμον δηλῶς καὶ δυσμενῶς καὶ αὐτάνδρως ἀποδὺς ὑποδύνει τὸ πλῆθος, κἄπειτα δραδιδράσκει κρυπταζόμενός τε αὐτὰ τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κώμαις, μόλις τῶν πολεμίων τὰς χεῖρας διέξεισι, τὰ τῆς σωτηρίας αὐτῷ σεσημασμένος· ἔρχεται αὖτις οὐ μάλα πιστοῖς ἐκ θεοῦ τοῖς θείοις ἀποφῆναι ἔνεστιν ὧδε χρησμοῖς, ἐν οἷς εἴρηται, Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. ὁ δὲ δυσσεβὴς ἀθρόᾳ θεοῦ πληγῇ μάστιγι ἐν δευτέρᾳ πολέμου συμβολῇ καταστρέφει τὸν βίον. γίνεται δὲ αὐτῷ τὰ τῆς καταστροφῆς, οὐχ οἷα στρατηγοῖς πολεμάρχαις ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ γνωρίμων πολλάκις αἱρουμένοις, ἐν πολέμῳ τὴν ἐπικλεῆ παλὶ τὴν ἐθαρσῶς [34] ὑπομεῖναι [σωτηρίαν] ἅμα γὰρ ἅπασι δυσσεβὴς καὶ θεομάχος τῆς ἀναπαύσεως ἔτ' αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ σωτηρίου, οἴκοι

regium ornatum, qui parum sane illum decebat, timidè simul & iracundè & muliebriter exuens, multitudini sese immiscet: fuga deinde elapsus, & in agris vicísque latitans, vix hostium manus euitauit, saluti suæ consulens, atqui inde reipsa ostendere licet, certa admodum veráque esse diuina oracula, in quibus dicitur, Non saluatur Rex per multas copias suas, & gigas non saluabitur in multitudine fortitudinis suę: fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi domini super metuentes eum, & in ijs qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum. Porro impius ille repentina Dei plaga perculsus in secunda belli conflictatione occumbit, aliũ vitæ exitum sortitus, quã qui ducibus bellicosis contingere solet, qui pro virtute próque amicis & familiarib⁹ fortiter se gerẽtes fidenti animo glorioſam mortem oppetũt. Ille vero impi⁹ & Dei aduersari⁹ interea dũ exercitus su⁹ in armis staret, ipse domi

ἅπαξ ὧν δ' 34

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

moratus, intra parietes latitans debitas luit pœnas, inopinato Dei flagello perculsus. Sic vt graui dolore, & acerbo cruciatus sensu agitatus, prius quàm occideret, dira fame conficeretur: eius etiam caro vniuersa, ardore cœlitus inuecto, & non conspicuo intabesceret, sic vt diffluens, pristinæ formæ effigies tota deleretur, exiccarentur ossa, & tanquam simulachrũ quoddam longinquitate temporis exhaustum attenuatúmque relinquerétur: Ita vt qui præsto aderant, eius corpus nihil aliud esse existimarent, quàm sepulchrum animæ; quæ in eo iam mortuo & plane putrido defodiebatur. æstu porro intimas adhuc medullas vehementius perurente, exilierunt ei oculi, & è suis sedibus excidentes cæcum reliquerunt: qui post hæc agrè spiritum ducens Domino se confitetur, mortémque inuocat: ad extremum confessus se ista propter amentiam, qua contra Christum vti consueuit meritò perpeti, animam emittit.

μένων αὐτὸς ὁ κρυπταζόμενος, καὶ προσπίπουσαν πυρετίαν ὑπέχων, ἀθρόως θεοῦ πληγῇ μάστιγι ὡς ἀγχόνοις δεινοῖς καὶ προλυμαίνοις βρωτόμενος σπλὴν ἡ κατάπτωσιν λιμῷ τε διαφθείρεσθαι πάσης τε σάρκας αὐτοῦ ὅλας ἀποφθίνειν, καὶ βραδέως πυρὶ καταπίνεσθαι· ὡς διαρρεῖσθαι τὸ μὲν πᾶν εἶδος τῆς παλαιᾶς μορφῆς ἀφανισθῆναι, ξηρὸν δὲ αὐτὸν μόνον ὀστέον γεγονέναι οἱονεὶ μακρῷ χρόνῳ κατασκελετευμένον εἴδωλον ὑπολειφθῆναι, ὡς μηδὲν ἄλλο τι νομίζειν τοὺς παρόντας ἢ τάφον αὐτῷ τῆς ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ᾧδη νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀπορρεῖσθαι κατοικημένης. σφοδρότερον δὲ ἔτι μᾶλλον τῆς θέρμης αὐτὸν ἐν βάθεσι μυελῶν καταφλεγούσης, τοσοῦτον δὲ αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀποπεσόντα πρὸν αὐτὸν ἀφιᾶσιν. ὁ δὴ ὅτι τοῖς αἰσχίστοις, αὐθομολογούμενος τῷ κυρίῳ, θάνατον ἐπεκαλεῖτο, καὶ τὸ πανύστατον ἐνδίκως ταῦτα τῆς κατὰ Χριστοῦ παρανοίας ἕνεκα πεπονθέναι ὁμολογήσας, ἀφίησι τὴν ψυχήν.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ΓΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ἐκκλησιῶν * ἀναιρεώσεως.

Οὕτω δὴ τὰ Μαξιμίνου ἐκποδὼν γενομένου, ὃς [36] *ὅπλοιπων τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν, ἁπάντων κάκιστος ἀνεφάνη· τὰ μὲν τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀναιρεώσεως ἐκ θεμελίων χάριτι θεοῦ τῷ παντοφάτορι ἠγείρετο· ὅπερ τῷ Χριστοῦ λόγῳ εἰς δόξαν τῷ τῶν ὅλων θεοῦ διαλάμπων, μείζονα τὴν ἔμπροσθεν ἀπολαμβάνει παῤῥησίαν. ταῦτα ἐν [37] ἐνάτῳ πόνῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, ὁ πάντα ἄριστος συντέταχεν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος. ἃ γὰρ αὐτὸς πόνων, ὡς αὐτόπρωτος μοι εἴρηται, καὶ τῶν ἄνωθεν τὴν ἀνάλεξιν ποιούμενος, τῷ βιβλιδίῳ τούτῳ διὰ βραχέων εἰσχαράττω τὴν συνταξιν πλείστῃ ὅσῃ σπουδῇ τὴν πορείαν τοῦ λόγου ποιούμενος ὅπῃ τὸ ὑψηλὸν καὶ λαμπρὸν φανὲς, ἅγιον καὶ θεῖον [38] ὄρος, τῆς κατὰ Νίκαιαν Ἀποστολικῆς καὶ [39] ἐναρέτου τῶν τοῦ θεοῦ ἱερέων Συνόδου. ὁρῶν μάλιστα τὸν θεοφόρητον κραταιούντα μοι τῆς χειρὸς καὶ θεοπρεπέστατα· δεῦτε φησὶν ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. καὶ

tum instauratione. ἡ. διάστεως *i. quiete.*

CAPVT. 9.

CVM ad hunc modũ Maximin⁹, inter reliquos pietatis hostes lõge deterrimus, è medio sublatus esset: Ecclesiæ, gratia Dei omnipotentis, ab ipsis fundamentis instaurari cœperunt: & Christi verbũ, ad gloriam Dei rerum omnium moderatoris efflorescens, maiorem quàm antea recuperauit libertatem. Hæc in nono libro Ecclesiasticæ historiæ scripsit optimus ille Eusebius Pãphili: ex illius enim & aliorum laboribus, vt supra dixi, summa capita decerpens, præsentem hunc libellũ qua possum breuitate cõtexo, summo studio festinans sermonẽ deducere ad summum illum, illustrẽ, sanctum & diuinum mõtem Apostolicæ illius & laudabilis Synodi sacerdotum Dei, quæ Nicææ fuit: maxime cum Prophetam velut manu prehendentem & hortantem videam: Venite, inquit, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob & 36 ἡ. μόνος ἐπ. 37 38 39 cc cc cc cc

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

» annunciabit nobis viam
» ſuã, & ambulabimus in
» ea. Ex Sion enĩ exibit lex,
» & verbũ domini ex Hie-
» ruſalem. Vere enim Sion
» & Hieruſalem, & mons altiſſimus, & domus Dei Iacob, eſt diuinus ille Orthodoxorum Dei ſacerdotum cœtus, in Spiritu ſancto conſiderantium & docentium per ſcripturas propheticas, Euangelicas, & Apoſtolicas, verbum vitæ, hoc eſt, filium Dei: nempe quod vere increatus ſit ſecundum naturam ſuæ diuinitatis, non creatus, quemadmodum contra illum blaſphemauit Dei hoſtis & i[illegible] ille Arius: quod eiuſdem naturæ & ſubſtãtiæ ſit cum patre qui eum ante oĩa ſecula genuit: quod denique & Spiritus ſanctus eiuſdem pariter diuinitatis & eſſentiæ ſit cũ patre & filio manifeſtiſſimè oſtenderunt: & verè hic ille altus Dei mõs nobis ſupra fuit (quemadmodũ & antea declarauit ſermo ab ipſo domino per Apoſtolos nobis traditus, & nunc per ipſius ſacerdotes Nicææ congregatos expreſſis teſtimonijs

D

E

F

ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ιερουσαλήμ. ἀληθῶς γὰρ Σιὼν καὶ Ιερουσαλὴμ καὶ ὄρος κυρίου ὑψηλότατον καὶ οἶκος τοῦ θεοῦ Ἰακώβ, ὁ θεῖος ἐκεῖνος, τοῦ θεοῦ ὀρθοδόξων ἱερέων ὅμιλος· πνεύματι ἁγίῳ διασκεψαμένων καὶ διδαξάντων διά τε γραφῶν προφητικῶν καὶ Εὐαγγελικῶν καὶ Ἀποστολικῶν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, τοῦτ' ἔστι τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ὡς ἀληθῶς ἄκλινος τῇ τῆς θεότητος φύσει, καὶ ἀκίνητον· καθὼς ὁ θεομάχος καὶ ἀσεβέστατος καθ' αὐτοῦ ἐβλασφήμησεν Ἄρειος. καὶ ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἧς καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν πρὸ πάντων αἰώνων ἀπάντων ἐστὶ πατήρ, καὶ τοῦ αὐτοῦ γένους. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, ἀφέστατα ἔδειξαν. καὶ ἀληθῶς ὑψηλὸν ὄρος θεοῦ· ἀνωδεν ἡμῖν (καθὰ προεδήλωσεν ὁ λόγος παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου, διά τε Ἀποστόλων δοθείς, καὶ νῦν διὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων κατὰ τὴν Νικαέων χαριτωθείς) ὁ προσκυνητὸς ὄντως καὶ ἅγιος τῆς

clarè explicatus) venerãda illa

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἀμωμήτου πίστεως ὅρος, σαφὲς ἔτι καὶ
A ἀφέστερος ἡμῖν, συνεργίᾳ τῆς
τοῦ θεοῦ χάριτος σαφέστερον ἀποδεί-
ξεται ὁ λόγος, ἀλλ' ὅπως τὸν προκει-
μένην ἡμῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς
ἱστορίας ὑφοδησιν ἐπανέλθωμεν,
ἐπαναλαβόντες τὰ περὶ τῆς τοῦ
βασιλέως θεοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν
λαὸν ἐλεημοσύνης, καὶ τῆς τῶν πο-
λεμίων καταστροφῆς, διὰ τοῦ θε-
οφιλοῦς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως· ὃν
B δι' αὐτοῦ εἰρήνην ἐβραβεύσατο πᾶσι
κατὰ τὴν οἰκουμένην αὐτοῦ ἐκκλη-
σίας, ὁ μόνος μέγας κύριος, ὁ
ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος
καὶ δοξολογίας, ὧν οὐκ ἔστ ἀρι-
θμός· ὁ ἀγνοιῶν καιροὺς καὶ χρό-
νους· μεθιστῶν βασιλεῖς τε καὶ
καθιστῶν, ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτω-
χόν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ὑψῶν πέ-
νητα. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρό-
νων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς, πει-
νῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ
πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς,
καὶ βραχίονας ὑπερηφάνων συ-
νέτριψεν, ὁ θαυματουργός, ὁ
C μεγαλουργός, ὁ τῶν ὅλων δε-
σπότης, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου
δημιουργός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ
παντάγαθος, ὁ εἷς καὶ μόνος θεός,
ᾧ τὸ καινὸν ᾆσμα ἀναπέμψομεν

& ſancta fidei regula, de qua clarius, iuuante Deo, progrediente lõgius ſermone a nobis diſſeretur. ſed ad propoſitũ Eccleſiaſticæ hiſtorię argumẽtum reuertamur, repetẽtes ea quibus Deus populo ſuo ſubuenerit, & tyrãnos è medio ſuſtulerit per dilectũ ſeruum ſuum imperatorẽ Conſtantinum: quã per eũdem pacẽ conciliauerit omnibus in toto orbe Eccleſijs. Solus magnus dominus: qui facit mirabilia magna ſol°, & inſcrutabilia, quorum nõ eſt numerus: qui occaſiones & tempora commutat: qui deponit reges & cõſtituit: ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem. depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles à terra. eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes, & brachia ſuperborum cõtriuit: qui eſt rerum admirabilium opifex, qui magnarum architectus, qui vniuerſarum dominus, qui totius mundi fabricator, qui omnipotens, totus bonus, vnus & ſolus Deus, cui nouũ Canticum cantemus

Pſ. 71. v. 18. & 135. v. 4. 1. Reg. 2. v. 8. Pſ. 111. v. 7. Luc. 1. v. 52.

40

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

» obsequentes ei qui facit
» mirabilia magna solus:
» quoniam in seculum mi-
» sericordia eius: ei qui
» percussit reges magnos,
» & occidit reges fortes:
» quoniam in seculum mi-
» sericordia eius: quia in
» humilitate nostra recor-
» datus est nostri dominus.
ob hæc omnia nunquã
desinamus celebrare vni-
uersorum Deum, & vni-
genitum eius filium Ie-
sum Christum, dominũ E
nostrum, illum cum pa-
tre omnium bonorum
nobis auctorem, diuinæ
cognitionis interpretẽ,
veræ erga ipsum pieta-
tis magistrum, impiorũ
euersorem, interfecto-
rem tyrannorum, vitæ
nostræ moderatorem, &
nostrum omnium cum
41 reiecti & repudiati esse-
mus saluatorem Iesum,
vno omnes ore, vnóque F
corde celebremus: quod
solus tanquam optimi
patris optimus filius, pa-
terna sua ipsius & spiri-
tus etiam sancti clemen-
42 tia, saluti nostræ, cum in
peccatorũ corruptione &
sordibus iaceremus, pro-
spicere cupiens, naturam
nostrã libenter induerit:
& tanquam optimus medicus, infirmitatẽ nostram sub-

D τῷ συνακούοντες τῷ ποιοῦντι
θαυμάσια μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν
αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀπο-
κτείναντι βασιλεῖς κραταιούς.
ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.
Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν, ἐμνή-
σθη ἡμῶν ὁ κύριος. ἐφ' οἷς ἅπασιν
ἀνυμνοῦντες μὴ διαλείπωμεν τὸν
τῶν ὅλων θεὸν καὶ τὸν τούτου μονογε-
νῆ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν κύριον
ἡμῶν· τὸν σωτῆρα πατρὶ πάντων
ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν αἴτιον· τὸν τῆς
θεογνωσίας αὐτοῦ εἰσηγητὴν ἡμῶν·
τὸν τῆς εἰς αὐτὸν θεοσεβείας δι-
δάσκαλον· τὸν τῶν ἀσεβῶν ὀλε-
τῆρα· τὸν τυραννοκτόνον· τὸν τοῦ
βίου διορθωτήν· τὸν τῶν ἀπεγνω-
σμένων σωτῆρα Ἰησοῦν, ὃν ἑνὶ
στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ πάντες
δοξάζωμεν. ὅτι δὴ μόνος οἷα
41 παραγάθου παῖς μονώτατος
ὑπάρχων παράγαθος πατὴρ ὢν
βουλῇ τῆς πατρικῆς, καὶ ἑαυτοῦ,
καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φιλαν-
θρωπίας τῶν καίτοι που κείμενον
ἐν φθορᾷ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν
προμηθούμενος, οὐ μάλα 42
πρόθυμος τὴν ἡμετέραν ὑπο-
δῦναι φύσιν, καθάπερ τις ἄριστος
ἰατρὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνα-

λαὸν, καὶ πάντοσε φέρων, καὶ πότε μὲν ἀεὶ σωτηρίαν καὶ ζωὴν τῷ τῶν ἀνθρώπων καταπορίσασθαι γένει. ὃς δὴ βασιλεὺς βασιλέων. καὶ τοῦ ἰδίου λαοῦ ἀεὶ προμηθούμενος, τὸν αὑτῷ φίλον καὶ θεράποντα ἴδιον Κωνσταντῖνον, τοῖς τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας καὶ πίστεως ὅπλοις φεραύξας, κατὰ τῶν ἀσεβῶν τυράννων, τόν τε κατὰ Ῥώμην Μαξεντίου, καὶ τὸν κατὰ τὴν ἀνατολὴν Μαξιμίνου ἀνεγήγερκεν· οἷς δι' αὐτοῦ ἀνελὼν φανερὰν καὶ βαθεῖαν εἰρήνην τῷ οἰκείῳ λαῷ ἀποδέδωκεν.

leuans, & morbos auferens, tunc & semper salutem & vitam nostro generi restituerit. qui Rex regum populi sui curam agens, dilectũ seruum suum Constantinum pietatis erga se & fidei armis munitum, in impios tyrannos, Maxẽtium Romæ, & Maximinum in oriente concitauit: quibus per illum è medio sublatis, summã & tranquillã pacem populo suo reddidit.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΙΚΙΝΙΟΥ κακοηθείας.

DE PRAVIS LICINIJ moribus.

Cap. 10.

Οὐκ ἦν δὲ ἄρα (φησὶν ὁ Παμφίλου 43 Εὐσέβιος) τῷ μισοκάλῳ φθόνῳ, τῷ τε φιλοπονήρῳ δαίμονι φορητὸς ἢ τῶν ὁρωμένων θέα· ὡς οὐδὲ οὕτω δὲ Λικινίῳ μεταπεπτωκέναι, ἐπέσχεν αὐτάρκη πρὸς σωφροσύνην λογισμόν, τὰ τοῖς ἔμπροσθεν δεδηλωμένοις τυράννοις συμβεβηκότα. ὃς 44 δὴ φερομένης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλέως μεγάλου Κωνσταντίνου δευτερεύων πρώτως, ὑπιγαμβρείας τε καὶ συζυγείας ἀξιωμένος, μιμήσεως μὲν τῆς τῶν καλῶν

Verùm neque inuido probitatis hosti (inquit Eusebius Pamphili) omníque impietatis fautori Diabolo, harum rerum spectaculum tolerandum videbatur: neque itidem Licinio velut iam mutato, ea quæ tyrannis prioribus obtigerant satis exẽpli ad modestiam & animi moderationem excolendum dederunt. qui cum imperio prosperè frueretur, & secundus in honore post imperatorem Constantinum magnum obtineret, & coniunctione atque affinitate eius dignus habitus esset: relicta tamen præclarorum

43

44

hominum imitatione, perditos impiorũ tyrannorũ mores æmulat⁹ est: & quorũ miserũ vitæ exi-
45 tũ oculis conspexisset, eorũ perditam mentẽ sequi maluit, quã in præstãtio-
46 ris viri amicitia atq; proposito perseuerare. inuidia enim contra Cõstantinũ à quo plurima bene-
47 ficia accepit inflãmatus, pestiferũ & crudele bellũ illi infert: non naturæ leges reueritus, nõ iuris iurandi, non sanguinis, nõ fœderũ recordatus. Cõstantinus enim tanquam optimus princeps, quo in eum clara veræ beneuolentiæ indicia ostenderet, suam ipsius affinitatem illi non inuidit, illustres nuptias sororis illi non denegauit. *& post panca.* Sed impius iste Licinius cõtraria his admittere, omnes machinas quotidie contra præstantiorem excogitare, omnes insidiarum vias inuestigare cœpit, vt pro summis beneficijs male-
48 ficia rependeret. [quibus hæc insuper addit.] Verùm Deus Constantino (inquiens) amicus fuit, curator eius & custos, qui
χ. σκοπιῶ

A ἀπελιμπάνετο· τῆς δὲ τῶν ἀσεβῶν τυράννων μοχθηρίας ἐζήλου τὴν κακοδαιμονίαν. καὶ ὧν τὸ βίου τὴν καταφροφὴν ἐπεῖδεν αὐτῆς ὀφθαλμοῖς, τούτων ἔπαθε[45] τῇ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ τοῦ κρείττονος φιλίᾳ τε καὶ διαθέσει[46] ἐμμένειν ἠβούλετο διαφθονηθεὶς πολεμεῖσθαι τῷ παρελθόντι πόλεμον δυσαγῆ καὶ δεινότατον πρὸς αὐτὸν ἀνῄρει, ὑ φύσεως[47] νόμων

B φειδόμενος, οὐχ ὁρκομοσιῶν, ὑ χ αἵματος, ὑ συμβατικῶν μνήμην ἐν διανοίᾳ λαβών. ὁ μὲν γὰρ αὐτῷ οἷα πατὴρ ἀγαθὸς βασιλεὺς, εὐνοίας παρέχων ἀμφοῖς σύμβολα, συγγενείας τῆς πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐφθόνησε· γάμων τε λαμπρῶν ἀδελφῆς μεθυσίαν οὐκ ἀπηρνήσατο. καὶ μεθ' ἕτερα. ἀμὰ πύπις τ' ἀναιδία Λικίνιος διεπράττετο, παντοίας ὁσημέραι κατ' ἐκείνου

C πτους μηχανὰς ἐπινοῶν ὁ μισόθεος, πάντας τε ὑπνοῶν ὑπουλίης τρόπους, ὡς αὖ κακοῖς τὰ βέλτιστα ἀμείψαιτο. οἷς ὑπολέγει· τῷ δὲ ἦν ἄρα ὁ θεὸς φίλος, κηδεμὼν καὶ φύλαξ τοῦ Κωνσταντίνου, λέγων, ὃς αὐτῷ τὰς ἐν ἀπορρήτῳ καὶ[48]* σκότει μηχανωμένας ὑπὸ τοῦ τυράννου ὑπουλὰς εἰς

φῶς

φῶς ἄγων διήλεγχε τοσοῦτον ἀρε- A
τῆς * τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ὅπλον
τοὺς ἄμυναν μὴ ἐχθρῶν, οἰ-
κείας ἢ φυλακὴν σωτείας ἰσχύει.
ᾧ δὴ πεφραγμένος ὁ θεοφιλέ-
στατος ἡμῶν βασιλεὺς Κωνσταντῖ-
νος, 49 τῇ ἐκ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ,
πᾶς τὸ δυσωνύμου πολυπλόκους
ὑπουλὰς διεδίδρασκεν. ὁ δὲ τύ-
ραννος τὴν λαθραίαν συσκευὴν,
ὡς ἀδαμῶς ἐώσαν κατ' γνώμην
χωροῦσαν, (τοῦ θεοῦ πάντα δό-
λον τε καὶ ῥᾳδιουργίαν τῷ θεοφιλεῖ
50 βασιλεῖ καταφῶσαν πιοῦν- B
τος) ἀκέπι οἷός τε ὢν ὑπόκρυπτε-
σθαι, φανερὸν πόλεμον αἴρεῖ-
ται. 51 * ὁμόσε δὴ πᾶσι Κωνσταντίνῳ
πολεμεῖν διανοούμενος, ἤδη καὶ κατ'
τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων 52 ὡς φονεῦσι
Κωνσταντίνου, ὃν ἠπίστατο σέβειν
αὐτὸν ὑπερασπίζεσθαι ὁρμήσας·
κἀπειθὴς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεοσε-
βέσιν ἤλαυνε. καὶ μεθ' ἕτερα. καὶ C
ὁπόθεν δὲ τὸ κατ' 53 αὐτῶν φό-
νου ξένος πᾶς ἦν, καὶ οἷος ἁδὲ πώ-
ποτε ἠκούσθη. πᾶς γοῦν ἀμφὶ τὴν
Ἀμάσειαν καὶ πᾶς λοιπὰς ἁπάσας
πόλεις ὅσοις κακοῖς πιέζεσθαι προ-
σέταξε, πᾶσαν ὑπερβολὴν ὠμότη-
τος ὑπερηκόντισεν. ἔνθα τὴν ἀκοὴν-

lucem produxit atq; patefecit: tãta igitur sunt & tã sancta pietatis arma vt non solum ad depulsionem hostium, sed ad salutis etiam nostræ propugnationem satis præsidij habeant: quibus sanctissimus imperator noster præclarè septus, multiplices & callidas execrabilis hostis insidias, diuino auxilio effugit. Licinius deinde vbi clãdestinos conatus suos, neutiquam ex animi sententia succedere vidit (Deus enim omnem dolum ac fallaciam pio imperatori aperuerat) necposset amplius facinus suũ celare, bellum palam mouet: ac dum cùm Constantino bellum suscipere constituit, iam etiã contra vniuersorũ Deum Constantini custodem, quémque norat Constantinum colere, aciem instruere instituit. & ab eo tempore pios homines imperio suo subditos miserè vexauit, *& post alia quædam:* modus autẽ & ratio cędis qua eosperdere cõstituit, peregrina fuit, & antea nũquam vlla seculorum memoria audita: cæterũ eas, quę prope Amasiã sunt, & reliquas Ponti ciuitates, quantis malis affligi iussit, omnem etiam exuperantiam crudelitatis superat. illic ex Eccle-

49 50 51 52 53

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

sijs Dei alias deiecit & solo adæquauit, alias occludi iussit, ne quisquam eorum qui eas frequentare consueuerant eò cõmearet, neve debitos cultus & vota Deo redderet: non enim pro se illa fieri existimabat (quomodo enim aliter cogitare potuit qui Deũ odit: praua conscięntia illud secum ipse reputãs) sed nos pro Imperatore pio Cõstãtino omnia exequi, & Deum placare persuasũ habuit: Hac itaque opinione cõcitatus, omnem furoris sui impetũ in nos intorquere statuit. *Et paulo post.* Multi Episcoporum sine caussa abripiebantur ad supplicium, & puniebantur tanquã sicarij qui nihil mali commiserunt: nouum mortis genus subierunt: corpora eorum primum gladio in multas particulas dissecabãtur, deinde post crudele illud & horrendum spectaculum in altos maris gurgites quo à piscib⁹ deuorarentur abijciebãtur. his accesserant piorũ omnium fugę, virorũ pariter & mulierũ atq; etiã infantium: & ex Dei seruis alij in agros, nonnulli in solitudine, quidam in syluas

D σιῶν τῦ θεοῦ, αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὖθις καπερρίπτουτο, τὰς δὲ ἀποκλείεσθαι ἐκέλευσιν, ὡς αὖ μὴ συνάγοιτο ἐις τὴν εἰωθότων, μηδὲ τῷ θεῷ τὰς ὀφειλομένας λατρείας καὶ εὐχὰς 54 ἀποδίδωσι. συμπλεῖσθαι γὰρ οὐκ ἠγεῖτο ἐκεῖνος αὐτὸ ταύτας (πῶς γὰρ οἷόντε ἦν τὸν ἐννοεῖν τὸν μισόθεον, φαύλῳ συνειδότι τὸν λογιζόμενος) ὑπὲρ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως προσῆγεν ἡμᾶς, καὶ τὸν θεὸν ἱλεοῦσθαι ἐπέπειστο. ὅθεν ἐκ τούτου παροξυνθεὶς τὸν θυμὸν καθ' ἡμῶν ἐξεκήνησεν. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ δὴ ἀπήγοντο πολλοὶ τῶν Ἐπισκόπων ἐκ σκολάζοντος ἀπροφασίστως, ὁμοίως τοῖς μαφόνοις οἱ μηδὲν ἠδικηκότες, καινοτέραν ὑπομένοντες τελευτήν· ξίφει τὸ σῶμα εἰς πολλὰ τμήματα κατακρεουργούμενοι. καὶ μετὰ τὴν ἀπονὴν ταύτην ἐκ φεικτοτάτην θέαν, τοῖς τῆς θαλάσσης βυθοῖς, τοῖς ἰχθύσιν εἰς βορὰν ἐρρίπτοντο. φυγαὶ δὲ αὖθις ὑπὲ πάντων τῶν θεοσεβῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, συὸ κομιδῇ νηπίοις ἐλίνοντο. καὶ πάλιν ἀγροὶ, καὶ πάλιν ἐρημίαι, νάπαι τε καὶ ὄρη τοὺς τοῦ Χριστοῦ θεράποντας

τας ὑποδέχονδ, κ᾽ πάντων
ἀναιρήσασδος τῦ δυσσεβοῖς τὸν
πόλεμον. [καὶ μ᾽ βραχέα·]
54 εἰ μὴ πάχισα τὸ μέλλον ἔσεδξ
φθάδας ὁ τῷ οἰκείων ψυχῶν
* ὑπέρμαχος θεὸς, ὡς ἐν βαθεῖ
σκότῳ καὶ νυκδὶ ζοφωδεσάτῃ
φωτὶ ἐκ μέσαν ἀθρόως, κ᾽ σω-
τῆ ἐκ τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε, τὸν
αὖτε θεράποντα Κωνσαντῖνον
ὑψηλῷ βραχίονι, ⁵⁵ χειραγοδάτῃ
δὲ χρεὶ χρησαγωγήσας· τούτῳ μὲν
οὖν δῶρον ἐξ οὐρανῶν καρπὸν Β
ἀσεβείας ἐπάξιον τρόπαια κ᾽ τῶν
ἀσεβῶν παρεῖχε νίκης, τὸν δὲ
ἀγαπήσιον αὐτοῖς συμβούλοις ἅπα-
σι καὶ φίλοις ὑπὸ τοῖς Κων-
σαντίνου ποσὶ φρενῶν κατέβαλεν,
ὁ Κωνσαντίνου & πάντων ἡμῶν
θεός. ὡς γὰρ εἰς ἔσχατα μανίας τὰ
κατ᾽ αὐτὸν ἤλασεν, ὡς ἔτ᾽ ἀνε-
κτὸν εἶναι λογισάμενος βασιλεὺς
Κωνσαντῖνος ὁ τῷ θεῷ φίλος, τὸν
ἔμφυτον τρόφεως καὶ βιοτῆς C
σωφρονῶν* λογισμὸν, & τὸν στε-
ρὸν τῦ δικαίου τρόπον φιλανθρω-
πίᾳ κεραννύμενος, ἐπανῶναι κρί-
νει τοῖς ὑπὸ τῷ τυράννῳ παλαι-
πωρουμένοις, κ᾽ πόλε πλεῖσον ἀν-
θρώπων γένος, βραχεῖς λυ-
μεῶνας ἐκποδὼν ποιησάμενος,

A

sese abdiderunt, cũ æque omnibus nefari⁹ ille bellum indixisset. *& paucis interiectis.* Nisi Deus seruorum suorũ propugnator celerrimè quod futurum erat præuertisset, & Constantinum famulum suum tanquã lucis quoddam splẽdidum iubar in obscuris tenebris & caliginosa nocterepẽte ostẽdisset, & velut liberatorẽ excitasset omnibus, & excelso brachio ac generosa manu duxisset: cui quidẽ trophæa victorię contra impios, quasi fructum ipsius pietati debitũ cœlitus largitus est. Sacrilegium autẽ illum vna cũ consiliarijs omnibus & amicis sub Constantini pedibus prostrauit, Constantini & nostrarum omnium Deus. Nam vbi eius insania ad extremã progressa est amentiam, Imperator Deo charus non amplius ferendum putauit, sed insita sibi & modesta animi ratione piáque rem reputans, atque seueram iuris regulã cum humanitate & clementia tẽperans, eos qui tyrānidis iugo opprimebantur iuuandos censet, atque paucis nefarijs è medio sublatis, multos mortales

54 54. ὑπέρ-μαχος θεός. 55 55. Τῦ-παιον.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

56 incolumes ſeruare properat. Nam cũ antea Imperator humaniſſimꝰ ſola clementia vſus fuiſſet, & miſeratus eſſet nulla cõmiſeratione dignum, impio quidem illi à prauitate neutiquam deccedenti, ſed potius rabiem ſuam contra gentes ſibi ſubiectas augenti, nihil clemẽtia illa profuit: afflictis verò & ab immani illa bellua diuexatis, nulla planè fuit ſalutis ſpes relicta. Quapropter bonorum ille ſubminiſtrator Conſtantinus, nequitiæ odium cum humanitate permiſcens, ſimul cum Criſpo filio, principe humaniſſimo, ab Occidentis vrbe maxima Roma, in Orientem contra tyrannum proficiſcitur, ſalutarem dextrã omnibus pereũtibus porrigens. pater ſimul ac filius, Deo patre rerũ vniuerſarũ rectore, & Chriſto filio omniũ ſeruatore, duce & auxiliatore vtentes, vndique acie cõtra impios circũiecta & diſpoſita perfacilẽ reportant victoriã: cùm omnia in eo conflictu ex animi ſententia ipſis præparata eſſent ab omnium imperatore Deo, vt teſtatur veritatis

56 αἰασώστως ἔχοντας ὁρμᾶται. 56 μόνῃ γὰρ φιλανθρωπίᾳ χρωμένου τῷ φιλανθρωποτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου τὸν πρὸς τύπου χρόνον, καὶ τὸν ἀσυμπαθείας ἄξιον ἡγεῦντος, πρὸς μὴ δυσσεβεῖ αὐτῷ 57 ἐλίνετο πλέον ἀδὲν, τῆς κακίας ὃν ἀπαλαττομένῳ, αὔξουσι δὲ μᾶλλον καὶ τὸ ὑποχείριον ἐθνῶν λύσται· τοῖς δὲ κακουμένοις, ἀδεμία ἦν σωτηρίας ἐλπὶς, ὑπὸ δεινοῦ θηρίου κατατρυχομένοις. διὸ δὴ τῷ φιλανθρώπῳ μίξας τὸ μισοπόνηρον, ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς, πρόσεστιν ἅμα παιδὶ Κείσαρι, βασιλεῖ φιλανθρωποτάτῳ. 58 ἀπὸ τῆς ἑσπερίων τῆς μεγίστης Ῥώμης, ἐπὶ τὴν ἑῴαν καὶ τὸ τυραννοῦν, σωτηρίας δεξιὰν ἅπασι τοῖς ἀπολλυμένοις ἐκτείνας παμβασιλεῖ θεῷ καὶ παιδὶ χριστῷ σωτῆρι, πόθῳ δὲ συμμάχῳ χρώμενος, πατὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἅμα υἱῷ βασιλεῖ Κείσαρι, ἄμφω κύκλῳ διελόντες τὴν καὶ θεομίσητον 59 θεομάχων παράταξιν, ῥᾳδίαν τὴν νίκην ἀποφέρεται τῶν καὶ τὴν 60 συμβολὴν πάντων ἐξωπλισμένων αὐτοῖς καὶ καὶ καὶ γνώμην ὑπὸ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ· καθὰ φησὶν ὁ

φιλαληθέσατος Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Ῥουφῖνος δὲ φησὶν, εἰ καὶ μνεμόνευσεν τῶν γεγενημένων ὑπὸ Λικινίου πραγμάτων ἐμνημόνευσεν, ὅμως καὶ αὐτὰ τὰ λεχθέντα ἅπαξ τῷ παρόντι συγγράμματι ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ· φησὶ δ' οὗτος, Λικίνιος μὲν γὰρ ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ δηλονότι τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, τὰς ἑλληνικὰς ἔχων δόξας, ἐμίσει χριστιανοὺς, καὶ διωγμὸν μὲν φανερῶς κατ' αὐτῶν, φόβῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου κινῆσαι ὑπετέλλετο· λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκυλεύετο, πρόϊων δὲ φανερῶς τὸν κατὰ πάντων διωγμὸν ἀνεκίνει, ἐν τοῖς τῆς ἀνατολῆς τόποις. ὡς καὶ πολλοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ἀναδεῖχθῆναι ἐν διαφόροις τόποις. ἐκ δὴ τούτου εἰς ἀπέχθειαν ἦλθε πρὸς αὐτὸν μείζονα τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐκίνησεν· ἦσαν δὲ πρὸς ἀλλήλους πολέμιοι. ταῦτα μὲν οὕτως. οἱ δὲ λοιποὶ ὅσοι τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἀληθείας σωήγοροι, διελόντες φασὶν ἄμφω τὴν στρατιὰν, τὸν τε Κωνσταντῖνος βασιλεὺς, καὶ ὁ υἱὸς Κρίσπος βασιλεὺς κατὰ τῶν ἀσεβοῦς τυράννου ὥρμησε. ὁ μὲν δὴ υἱὸς Κρίσπος ὅτι κατὰ τὴν Ἀσίαν

A studioſiſſimus Euſebius ille Pãphili tantopere celebrati. Rufinus vero licet nullã fere partẽ rerũ à Licinio geſtarũ cõmemorauerit, tamen ſingulas illius voculas velut in vnũ corpus colligẽs huic commentario inſeram. ſic inquit ille: Licinius qui vna cũ Conſtantino Imperatore regnabat, Græcis opinionibus imbutus, odiſſe cœpit Chriſtianos, ſed Conſtantinũ imperatorem veritus, cũ B apertè eos vexare non auderet; multas occultas inſidias tendebat, deinde progrediente tempore palam omnes in orientis partibus perſequebatur, ſic vt plures Chriſti martyres in diuerſis locis oſtenderentur: ex eo tempore maximum ſui odiũ Conſtantino excitauit, factíque ſunt hoſtes ſibi inuicem infenſi. *hæc quidem ille.* qui verò Euſebij veritati adhærere malunt, aiunt imperatores C ambos patrem Conſtantinum & Criſpum filium diuiſo exercitu contra impium tyrannum profectos, Criſpum quidem filium cum copijs ſuis in Aſiam iter inten-

60

fo. αὐτῷ

disse, patrem verò cum satellitibus suis per Europam viam confeciſſe. Impurus ille tyrannus impietate pariter & cæde pollutus, ex oriẽte exercitum numeroſum ducens contra eos, & magna ſpirans, Nicomediã venit: & cùm probe ſciret pium principem Cõſtantinum, Dei ſacerdotes magna obſeruantia colore, & ſummo in honore habere, Euſebium Nicomediæ Epiſcopum, qui iam antea illius partibus adhæſerat, contra religioſum imperatorẽ mercede conducit, exiſtimans per illum & illius ſocios, Conſtantinũ inexpugnabilibus Dei armis munitum è medio tollere. Societatem ergo cum Licinio init admirãdus ille Euſebius multis promiſſionibus ab impio illo inductus: atque hæc ita ſe habere ex ipſius Chriſtiani imperatoris Epiſtola, quam ad Nicomedienſes miſit, cõpertum eſſe poteſt. Sic enim in fine illius Epiſtolæ ait. Quis innocentem multitudinẽ iſta docuit? Euſebius videlicet tyrãnicæ crudelitatis ſo-

μέρη σὺν τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ τὴν πορείαν ποιούμενος· ὁ δὲ πατὴρ Κωνσταντῖνος τὴν Εὐρώπης τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις τὴν ὁδὸν διήνυεν· ὁ δὲ μισόθεος καὶ πάσης ἀσεβείας καὶ μιαιφονίας ἔμπλεως ἐξ ἀναβολῶν μετὰ πλείστου ὅσου στρατοῦ κατ' αὐτῶν ἐβάδιζε θυμοῦ, καὶ μεγαλαυχῶν ἤρχετο. φθάσας δὲ ἐν τῇ Νικομηδέων, ἐγνωκὼς καὶ εἰδὼς τὸν θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ψυχὴν σέβουσαν τοὺς τοῦ θεοῦ ἱερεῖς, καὶ ὅτι δὴ καὶ πάσης ἄγει πρῶτος, μισθοῦται τὸν τῆς Νικομηδέων Ἐπίσκοπον Εὐσέβιον πάλαι προσφυγὰ αὐτῷ ὄντα, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου· οἰόμενος δι' αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἀνελεῖν, τὸν τοῖς τοῦ θεοῦ προσεχόμενον ἀκαταμαχήτοις ὅπλοις Κωνσταντῖνον. σωπήσεται δ' οὖν αὐτῷ ὁ θαυμασὸς Εὐσέβιος ἐπαγγελίας λιπαρηθείς, οἳ καὶ τοῦ σωσασεβοῦς αὐτοῦ Λικινίου. ὅπ τοῦτο ὅπως ἔχει ἐξ αὐτῆς ἧς φιλοχρίστου βασιλέως ὑπιστολῆς ἔστι μεταφορηθέν, ἧς τοῖς Νικομηδεῦσιν ἐπέστειλεν, ὧδέ πως λέγων, πρὸς τῷ τέλει τῆς ὑπιστολῆς· τίς ἐστιν ὁ τοῦτο διδάξας ὅπως ἄκακον πλῆθος, δυσέβειος δὴ λαὸν ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος

συμμύσης. ὅπ γὰ παιθαχοῦ τῶ τυ-
εάννου γεγένηται φεοφύλαξ,
πολλαχόθεν δῆλον σωοεῖν. τῶθ μὲν
αἱ τῶν ὁπισκόπων σφαγαὶ δηλο-
μαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς
ὁπισκόπων. τῶθ δὲ ἡ χαλεπω-
τάτη τῶν χριστιανῶν ἀνδίωξις
δηλαρρήδην βοᾷ [64] ἀδέν γὰ τῶν εἰς
ἐμὲ γεγενημένων παρ' ἀυτῶ νῦν
ἐρῶ, δι' ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τ' ἀναν-
δίων μερῶν καθ' ἡμῶν ἐφεδ-
γματεύονθο [65] σωδρομαὶ, ὅσος γ' ἂν
ὀφθαλμοῖς κατασκόποις ἔπεμπε
κατ' ἐμοῦ, καὶ μόνον ὐκ ἀνόπλοις
πῶ τυράννῳ σωεισέφερεν ὑπουρ-
γίας*. [66] μηδ' ἐμὲ τίς οἰέσθω εἰ-
ναι φεὸς τὴν τύτων ἀπόδειξιν
ἀφδυσώπητον. ἔλεγχος γὰ ἐστὶν
ἀκριβὴς, ὅτι τοῖς φρεσβυτέροις
καὶ τοῖς διακόνοις τοῖς Εὐσεβίῳ
[67] φδιατριβομένοις φανερῶς
ὑπ' ἐμοῦ σωελήφθαν,* σωέ-
στηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν
[68] νῦν δὲ ἀναγκαίως ἔγεκεν,
ἀλλ' εἰς αἰσχύνην ἐκείνων φερενή-
νεκται. ἐκεῖνο μόνον δέδια, ἐκεῖ-
νο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ
φερὸς τὴν τῶ ἐγκλήματος καλεῖ-
σθαι κοινωνίαν. διὰ γὰ τῆς Εὐ-
σεβίου διαγωγῆς τε καὶ διαφορ-
φῆς, σωείδησιν κεχωρισμένην

A cius. Nam quod excuba-
ret & omnino vigilaret
pro tyranno, ex multisil-
lius rebus gestis facile
potest intelligi: Si quidē
istud Episcoporum, eo-
rúmque vere Episcoporū
cædes testātur: istud cru-
delissima Christianorum
persecutio palam clamat. 64
neque certè de iis quæ
contra me fecit hoc loco
verba faciā, per quæ ad-
uersariorum contra me
B concursus, quantum fieri 65
poterat maxime procu-
rabantur, qui oculis tan-
quam speculatoribus me
obseruauit: quin etiā mi- 66
nisterio prope militari, χρ. αὐτῶ
quo tyrāno opem ferret, χάριν.
perfunctus est, ac nemo
existimet me imparatum
minúsque instructū esse,
etiam ad istas res, si opus
fuerit, certissimis argu- 67
C mentis confirmādas. ve- χρ. παρέ-
rissime enim ostendi po- στηκεν.
test, tum presbyteros, tū
diaconos a me manifesto
deprehensos qui Eusebiū
assidue stipabāt. Sed hęc
non eò dicuntur à me,
quòd ipse ea grauiter &
iniquo animo feram, sed
quò eos suæ ipsorum pu-
deat insaniæ. illud solum
metuo, illud animo ver-
so, quod vos video in huius criminis societatem vocari:
nā institutione Eusebij & cōuersatione, conscientia vestra

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

à veritate deflexit. Verũ huius rei expedita eſt & facilis curatio: Si modò Epiſcopũ fidelem & integrum nacti, oculos ad Deum denuo cõuerteritis: quod quidem in præſentia eſt in veſtra ſitum poteſtate, quódque etiã dudũ veſtri arbitrij fuiſſet, niſi Euſebius ipſe, de quo dixi, prauo eorũ qui eum iuuerunt conſilio huc pręceps ruiſſet, & rectum eligendi ordinem impudenter cõturbaſſet. Sed quoniã mihi de hoc ipſo Euſebio pauca apud vos dicenda ſunt, quæſo libenter attendite. Non vos præterit Concilium Nicææ celebratum, cui ipſe, ſicut conſciẽtiæ meę munus poſtulabat, interfui: non alio ſanè animo, quàm vt tum cõcordiam inter omnes conſtituerẽ, tum omnium maxime vt reprimerem penitus & ſummouerem eam rerũ perturbationem, quæ ex Arij Alexandrini amentia orta, illico ex abſurdo & pernicioſo conatu Euſebij vires collegit. Nam quanta concurſione, amantiſſimi honoratiſſimíque fratres, putatis iſtum Euſebium, vt pote

68

69

τῆς ἀληθείας εἰλήφατε. ἀλλ' ἔστιν ἡ βεβαία θεραπεία, εἰ γε ὀπίσω ἐπιστρέψαντες καὶ ἀκέραιον τὸν νοῦν λαβόντες, πρὸς θεὸν ἀπίδητε· ὅπερ ὑπὸ τῷ παρόντος ἐν ὑμῖν ἐστὶν, ὃ καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ὑπῆρχον, 68 εἰ μὴ ὁ προειρημένος Εὐσέβιος ἀλλὰ τῶν τότε συλλαβομένων αὐτῷ προαιρέσει ἐνέπεσε ἤπιστα. ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου, πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα προσῆκε φέρεσθαι, μακροθύμως ἀκούσατε. μέμνησθε γὰρ ἡ ὑμετέρα αὐτεξικασία, ὅτε τῆς Νικαέων πόλεως μητροπόλεως συνόδου ὄντος. ἣν καὶ αὐτὸς ἐγὼ προσόντως τῇ τῆς ἐμῆς συνειδήσεως λατρείᾳ παρήμην, οὐδὲν ἕτερον βουλόμενος ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσασθαι, καὶ πρὸ πάντων δὲ ἔλεγξαι καὶ ἀποστῆσαι τὸ παράπτωμα τοῦτο, ὃ τὴν μὲν ἀρχὴν ἐνέπεσε διὰ τὴν Ἀρείου καὶ Ἀλεξανδρέως ἀπονοίας, ἰσχυροποιεῖτο δὲ προσχεῖμα διὰ τῆς Εὐσεβίου ἀποστασίας τε καὶ ὀλεθρίας σπουδῆς. διὰ τοῦτο οὖν Εὐσέβιος, προφιλεσταῖς καὶ πιστοτάτοις, μεθ' ὅσης τολμῆς ξένης συνδρομῆς, ἅτε δὴ ἐκ τῆς συνειδήσεως

σωφρομῆς, ἅτε δὴ ὑπὸ τῆς A συνειδήσεως αὐτῆς ἡττώμενος· μεθ' ὅσης δὲ αἰσχύνης τῇ παντα-χόθεν ζημιουμένῃ ψευδολογίᾳ αὐ-τὸ* συνίσαθε, ὑπὸ πέμπων μὲ μοὶ δεησόμενος τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἀξιοῦν-τας, ἐξαπούμενος δὲ παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν τινά, ὅπως μὴ ὅτι τοσούτῳ ζημιωθείς πλημμελήματι, τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ 70 ἀπόδοι πίμης. μάρτυς ἔστι μοὶ τούτων αὐ-τὸς ὁ θεὸς, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φι-λαγάθως ὁπτιμένοι· ὅλη γε ἐμὲ αὐ- B τὸς ἐκεῖνος Εὐσεβίου ἀφείλετο ψυ-χὴ ἀφρεπῶς ὑφήρπασεν, 71 ἀλλ' ἡ θεία με φρόνοια ὅτι τἀληθεστά-την αὐτῆς ὁδὸν ἐπανήγαγεν, ὁ καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε καὶ ὁπηνικάθε. πάντα μὲν γὰρ ἐφεξῆς παρ' αὐτοῦ τότε Εὐσεβίου 72 τοῦ ἀνοσίου λέγω, καθὼς αὐτὸς ἐπόθει. πᾶν οὖν κακὸν ὅτι τοῦ αὐτοῦ διανοίας ἐπο-κυπτόμενος. ἀλλὰ φρόνιμα τὰ λοιπὰ τῆς τούτου σκαιότητος πα- C ρῶ, τί μάλιστα μὲ 73 Θεογνίου, ὃν τῆς ἀνοσίας αὐτοῦ φρενὸς ἔχει κοινωνὸν διεφθάρ-θαι, ἀκούσατε φράζω καλῶς. Ἀλε-ξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας ἐπέ-στειλα 74 ἐκκαυθῆναι ἐπιταλῶν. ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ὑπηρεσίας διχονοίας ἠγείρετο πυρσός.

ipsa cõscientia conuicta, quanta cum ignominia, mẽdacijs vndique deprehẽsis aggressum esse, primum certos quosdã homines subornare qui pro eo deprecarentur, deinde à me auxilium petere, ne tanti sceleris damnatus, de honoris sui gradu deiiceretur. Huius rei testis est mihi Deus, qui tũ mihi, tum vobis benignus perpetuo adsit, quod & meum peruertit iudiciũ, & turpiter à veritate abduxit. Sed diuina prouidentia ad rectam me reduxit viam. Quod & vos nouistis & cognoscetis amplius. Nam tũ omnia gesta sunt ex eius impij, inquam, Eusebij sententia, qui perniciem omnẽ adhuc intra cogitationẽ suam abditã & occultam tenuit. Ac primum, vt cętera illius nequitiæ facinora præteream, audite quęso quid cũ Theognio quem impij instituti sui sociũ habebat perpetrauerit. Ipse fortè quosdã Alexandrinos, qui à fide nostra defecerant, huc mitti iusseram, quandoquidẽ eorum opera dissidij flamma incensa erat,

70 71 72 73

* γρ. συνίσα).

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Sed isti honesti bonique scilicet Episcopi, quos vera concilij dijudicatio ad pœnitentiam agẽdam reseruauerat, non solùm eos admiserunt ad se, & secum tuto collocarunt, verumetiam illorum deprauatis moribus communicarunt. Quamobrẽ ingratos istos aliquo pacto puniendos censui, & iussi, vt à suis abrepti sedibus, quàm longissime relegarentur. Iam vestrũ est, ea fide in Deum aciẽ mentis vestræ intendere, in qua nos semper mansisse constat: & nũc etiam manere decet, omnémque ætatem ita degere vt Episcopos integritate vitæ, doctrinę puritate, tum benignitate etiam in omnes, eximios habentes, iure lætemur. Si quis autem temere pestes illas vel memoria, vel laudibus celebrare audeat: cõfestim serui Dei opera (meipsum dico) pœnas suæ audaciæ dabit. Deus vos, fratres chariſſimi, incolumes seruet. Hęc aliáque his similia pij imperatoris Cõstãtini Epistola manifestissimè ostẽdit de impio illo Eusebio Nicomedię Episcopo, qui nõ solũ sceleſti Licinij cõseruator,

ἀλλ' ἔστι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ὅπι-
σκοποι, οὓς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου
ἀγάπη πρὸς μετάνοιαν ἐτέτρη-
κεν, οὐ μόνον 74 ἐδέξαντο ἐκεί-
νους, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀσφαλίσαν-
το, ἀλλὰ καὶ κοινώνησαν αὐτοῖς
τῆς τῶν ἔργων κακοηθείας. διὰ
τοῦτο πρέπει πᾶς ἀχαρίστους τούτους
ἔκρινα προσῆξαι. ἁρπαγίντας γὰρ
αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς πορρωτάτω.
ἔξω ἐλθεῖν. νῦν ὑμετέραν ἔστι
πρὸς τὸν θεὸν ἐκείνην τὴν πίστιν βλέ-
πειν, ἣν πάντοτε καὶ μεμνῆσθαι ὑμᾶς
καὶ εἶναι πρέπει, καὶ 45 διὰ παντὸς
ἔχεσθαι οὕτως, ἵνα ἐπισκόπους
ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φι-
λανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. εἰ-
πὲ δὲ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώ-
νων ἐκείνων ἢ πρὸς ἔπαινον ἀ-
πρεπείας ἐξαφθῆναι πολμή-
σῃ, πᾶσα χρῆμα τῆς ἰδίας πό-
λεως, διὰ τῆς τῶν θεράπόντος τοῦ
θεοῦ, τοῦτ' ἔστι ἐμοῦ, ἐνεργείας
διασαλήσεται. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφ-
φυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. ταῦ-
τα καὶ τὰ παῦτα, ἃ τῶν θεοφι-
λεστάτων βασιλέως Κωνσταντίνου ὑπο-
σολή, ἀφέσεα ἔδοξε, πρὸς τῶν
ἀσεβοῦς Εὐσεβίου τοῦ Νικομη-
δείας, ὃς πρόσφυλαξ ἐμόνον γέ-
γονε τῶν θεομισῶς Λικινίου, ἀλλὰ καὶ

συμμώσης & ὑπουργὸς τῆς ἐκείνου τυραννίδος καὶ ἀσεβείας. βαδίζω δὲ ἐν τῷ ἑξῆς πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικῆς ἱστορείας ὑπόθεσιν.

sed tyrannidis atque impietatis eius minister erat & adiutor. Redeo deinceps ad ecclesiasticæ historiæ argumentum.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ἈΣΕΒΟΥΣ ΛΙΚΙΝΙΟΥ ΝΙΚΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ.

DE VICTORIA quàm ab impio Licinio religiosus Imperator Constantinus reportauit.

CAP. II.

ΛΙκινίου τοίνυν σὺν στρατιᾷ τῇ σὺν αὐτῷ, ἀπὸ τῆς Νικομηδέων ἐξορμήσαντος, ὅτι τὸ Βυζάντιον κατὰ τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ὑπῆρχε τότε παρόντος· τῶν δὲ ἑκατέρων στρατωτικῶν φαλάγγων τὸν χριστοφόρον βασιλέα ἐν κύκλῳ, αὐτῶν ἐχουσῶν. ἰδὼν ὁ ἀγχίνους, καὶ τὸ οἰκείων δὲ στρατιωτῶν ἔρημον ἑαυτὸν θεασάμενος ὅτι τὴν τῶν κρειττόνων 76 ἀποστασίαν προσποιοῦντο, τὰ μὲν πρῶτα κρυπτάζεσθαι ἐσπούδαζεν ἐν 77 Χρυσοπόλει τῇ Βιθυνῶν, ὅπερ ἐστὶ τοῦτο τὸ Χαλκηδόνος ὄντι, μὴ δυνηθεὶς δέ, ἰδὼν ἑαυτὸν ἤδη πρηνῆ κείμενον ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ποσὶν, ἐξέδωκεν ἑαυτόν. ζῶντα δ' οὖν συλλαβὼν ὁ θεοσεβέστατος καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς φιλανθρωπεύεται, καὶ κτείνει μὲν οὐδαμῶς, οἰκεῖν δὲ τὴν Θεσ-

LIcinius igitur ex Nicomedienſium regione, vna cum exercitu Byzantium progreditur contra imperatorem Cõstantinum, qui tum illic subsistebat. sed cùm ambas militares acies Christigerum imperatorẽ corona cingere videret, flagitiosus ille, & se à suis ad prestantiorum clypeũ transfugientibus desertũ cõspicaretur, primum in oppidũ Bithyniæ Chrysopolim (nauale hoc est Chalcedonis) sese abdere cogitabat: cũ verò id nõ posset, & videret se sub Cõstantini pedibus quasi pronũ iacentem, seipsum dedidit. cũ igitur æquissimus iuxta ac religiosissim⁹ imperator viuũ cœpisset, humaniter admodũ illũ tractauit, nec occidit, sed quietũ & otiosum Thes-

ſalonicam habitare iuſſit. Ille aliquandiu ſeſe continere videbatur, ſed non ita multo poſt barbaris quibusdam cõuocatis, vna cũ ipſis, inſtaurare bellum & cladẽ acceptam rependere meditabatur. hoc cùm reſciuiſſet fideliſſimus Imperator, tolli illum Deo inuiſum è medio iuſſit. atque ita Chriſti & ſerui eius opera ſublatus ille tyrannus eſt.

Abſolutus eſt liber primus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

D σαλονίκην καθίστησιν ἡσυχάζοντα. ὁ δὲ μετ' ὀλίγον χρόνον ἡσυχίζειν ἐδόκει· μετὰ δὲ ταῦτα βαρβάροις τισὶ καλοῦμενος, καὶ σὺν αὐτοῖς ὅλῳ σκεπτόμενος, ἀναμάχεσθαι τὴν ἧτταν ἐσπούδαζε. τοῦτο γοῦν βασιλεὺς ὁ πιστότατος ἀναιρεθῆναι τὸν θεομισῆ ἐκέλευσε, καὶ ἀνῃρέθη ὁ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ θεράπων τύραννος.

E Ἐπληρώθη λόγος πρῶτος τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

ECCLESIASTICÆ historiæ lib. II.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

De geſtis poſt ſublatum impium Licinium & Imperio regis Cõſtantini, & de Pace Eccleſiarum Dei.

CAP. I.

F

COnſtãtin⁹ itaque rerũ potitus, per prudẽtiam ſibi a Deo datã, & ſumm⁹ imperator declaratus, res Chriſtianorũ in dies magis ac magis augere omni ſtudio cõtẽdebat. Id q; varijs modis præſtabat

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ τοίνυν πάντων κύριος κρατήσας, διὰ τῆς ἐκ θεοῦ δοθείσης αὐτῷ σωφροσύνης, αὐτοκράτωρ βασιλεὺς ἀναδειχθείς, τὰ χριστιανῶν αὔξειν εἰσέτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζεν. ἐποίει τε τοῦτο διαφόροις τοῖς τρόποις ἔμπυος

ἔχων πίστιν, καὶ ἔμφυτον τὴν εἰς A
τὸν τῶν ὅλων θεὸν πίστεως εὐσέβειαν. καὶ ἦν πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησία ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ. * ἀκούσωμεν δὴ τί ἐνταῦθα λέγῃ καὶ ὁ ἀροτὴρ * ὁ κάλλιστος τῆς ἐκκλησιαστικῆς [1] γεωργίας ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφίλου Παμφίλου. [2] ὁ μὲν γὰρ Λικίνιος φησὶ τὴν ὁμοίαν τοῖς ἀθέοις τυράννοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὁδὸν, ὅτι τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως ὤφλισε κρημνόν. ὁ δὴ τοῦτος μὲν ταύτῃ ὤφλισμένος ἔκειτο· ὁ δὲ ἀρετῇ πάσῃ τῆς θεοσεβείας ἀκριβέστερον μέλησος Νικητὴς αὔγουστος Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Χείσωι βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ κτ' πάντων τῷ πατρὶ ὅμοι οἷός τε τὴν οἰκείαν ἐώσας ἀπελάμβανε, καὶ μίαν ἡνωμένην τὴν Ῥωμαίων, κτ' τὸ παλαιὸν παρεῖχον ἀρχὴν, τὴν ἀπ' ἀνίσχοντος B
ἡλίου πᾶσαν ἐγκύκλιον καθ' ἑκάτερα τῆς οἰκουμένης, ἄρκτον τε ὁμοῦ καὶ μεσημβρίαν, εἰς ἔχατα δυομένης ἡμέρας ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἄγοντες εἰρήνην. ἀφιξεῖτο δ' ἂν ἐξ ἀνθρώπων πᾶν δέος τῶν πρὶν αὐτοῖς πιέζοντων· λαμπρὰς δὲ ἐπέλουν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτὰς

34 Καθαρὸν φῶς, ſincerum & ſolidum gaudium interpretor, non concordiæ lucem, vt Chriſtophorſonus.

35 Ita eſt in Socrate quoque, ſed in Euſebio χράμματος, non rectè.

36 Hæc, vſque ad τοῖς πολλοῖς ἅμα, deſiderantur in Euſebio Rob. Stephani, non ſine læſæ fidei ſuſpicione. Sed Oſiũ illum, Silueſtri Pontificis Romani Legatum fuiſſe, vt hic ſcribitur, doctè probat Baronius Tom. 3. annal. pag. 242. editio. Plantinianæ.

37 De Byzantio ſeu Conſtantinopoli loquitur, cuius Epiſcopus tunc Metrophanes. Nicephorus lib. 8. cap. 51. Zonaras Tom. 3. pag. 8. 3. Cedrenus in Compendio hiſto. pag. 224. 2.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

38 Multa hic nationum nomina desunt, ni fallor, compendij causa, quæ ex actorum 2. ab Eusebio recitantur.

39 Mirum in Eusebio reperiri πεντήκοντα & διακοσίων ἀριθμὸν, cum hic noster & Socrates ex Eusebio ipso, τριακοσίων id est trecentorum numerum fuisse scribant, & nunc vetus illa opinio inualuit 318. Episcopos huic Concilio interfuisse, quæ multorum & magnorum auctorum fuit, vt Athanasij in Epistola ad Iouianum imperatorem, & in disputatione aduersus Arium: Epiphanij hæresi 69. Theodoreti lib. 1. histor. cap. 7. & 11. Gregorij Turon. principio lib. 1. hist. Nicephori lib. 8. cap. 14. Euagrij in epistola Basilisci imperatoris, lib. 3. cap. 4. & in epistola Zenonis imperat. cap. 14. Zonaræ tom. 3. histor. pag. 8. 50. Denique & totius Ecclesiæ occident. distinction. 15. Can. 1. P. harum. & eadem distinct. Can. 3. Sed de hac re consule Baron. Tom. 3. annal. pag. 242. & Bellarminum lib. 1. de Concilijs & Ecclesia, cap. 5.

40 Tota hæc oratio scatet mendis, nec opem illi afferre po-
41 tero, sine alterius exemplaris ope. Sequuti sumus interpretationem Alphonsi Pisani. sed moneo θεοφρονικὸν λόγον dici orationem qua imperator Synodum alloquitur & compellat.

42 Videtur Pisanus aliter legisse, qui splendores vertit. πόνος præter alia significat intentionem studij & mentis, animi inflexibilem & rigidam constantiam.

43 Mendosa hæc erant: & cùm legendum esse, πυπίοις τοῖς πόποις coniecissem, laudatus ille codex P. St. coniecturam meam non alienam fuisse indicauit. vt in prox. num. 44. 46

45 Expungendum ni fallor ἐξ, & legendum paulo postea εἶναι pro οὖν, vt sit ὧν τὸν ἀριθμὸν πολλῶν ἔγγυς ἴσως ἂν εἶναι λέγομεν.

47 An legendum ὅμοιος ὥσπερ?

48 Hæc sic fortasse Latine sonant, *Quis enim nostrûm tam cogitatione præceps est vt huius opinionis, considerationem omnem respuat, ideóque affirmare audeat facile admodum esse omnipotenti Deo & rerum pulcherrimarum opifici glorioſas & ipso dignas laudes dicere?*

49 Σκοπεῖται φῶς, id est, consideretur apertè. Certum est Pisanum legisse τὸ φῶς pro ἀφῶς qui vertit, *consideretur lumen.*

πλεονάζει

50 Γλεονάζει ista, τῇ πύπου θείᾳ σοφοίᾳ. Dictum enim est διὰ τῆς ἀπὸ σοφοίας.

52 Puto Pisanum legisse ὑχεών. Hom. ὑχὰ κέλθεα.

53 Ἐπίζθοσε, pedibus iter fecit, perambulauit. videtur Pisanus legisse ἐπίζθξε dum ita reddit ista Latinè, & humidum mare calcans connexuit.

54 Lege ὅπ πλέον. vel, ὅπ.

55 Lege coniunctim ἐπολεθρίου. Videtur autẽ Pisanus non ἐπολεθρίου σκαιότητος, sed σκιᾶς legisse. Nam pernicioſam vmbram vertit.

56 Scribe πλὼ σοφίοδον.

57 Proprio theoremate vertit Pisanus, nimis obscurè. An hîc ἄνωεσις fuisset propria consideratio?

58 Mendosa ista, aut ego fallor: forte inducta præpositione ἐξ, legendum ἀιπὼν προώδη μαιίαν.

59 Pisanus puritatẽ vertit, non igitur ἄγνοιαν legit, sed vt in ora lib. legitur ἀγνείαν, quam vocem vsurpauit vetus poëta, à Clem. Alexand. laudatus in Pentametro, quod ita recensuit Fed. Morellus, Αγνεία ψυχῆς ἐϛὶ φερνεῖν ὅσια, *Est animus castus qui pia sola sapit*. Quæ mox sequuntur non sana esse suspicor.

60 Latina Græcis non respondent. Nam Græca hoc mihi significare videntur, Imo multa hominum insania, & humana peccandi licẽtia (puto enim, ἀιθρωπεια deesse ἀμφοτωλία aut simile quid) quæ fine caret omnes animas depopulata est. Pisanus non ἐπόρθησεν. sed ἐπώρθωσεν legisse videtur, qui, *correxit*, vertit.

61 Libentius legerem μετ' τὴν ἄγνοιαν quàm μφ. Nec improbo illud μετά, quod ad oram libri reiecit Fed. Morellus, h. e. *plena ignorantiæ*.

62 Ἐν ὀλίγῳ, cum Pisano legendum.

63 Oportuit διαχυθέντων legere, si ad θρησκειῶν referatur. sed hæc tam grauiter affecta sunt, vt a me frustra medicinam expectent.

64 Pisanus, *nec in Deum resipiant*. Quamobrem existi-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

mo legisse, μηδὲ πρὸς τὸν θεὸν ἀφορῶντες.

65 Καὶ ταῦτα τὰ γινόμενα legendum: vel subintelligendum εἰκόνας.

66 Id est, *Quando igitur ista facere videntur, manifeste intelligitur (licet ipsi minimè sentiant neque videant) quod suis ipsorum operibus superbè gloriantur.* Nam scio τὸ ὑπερηφάνως suo loco motum esse, & πλείαν σιγμὴν quæ illud sequitur, expungendam.

67 Πρὸς aduerbialiter pro πρόσπ, vt apud Platonem reperitur.

68 Deprauata sũt ista, vt videre licet interpretẽ aliter legisse. puto τὸ χωλεὺς a mala manu esse: quod si expungatur, sententia clarior erit, hoc modo, *Et non poterit homo errori vllo illum implicare, sed manifestè considerare illi licebit & videre omnia quæ facta sunt, Dei virtute esse, sicut ipse ea esse voluit.* Loquitur enim de sapiente & bono viro, quem δι' ὃ φρονοῦντα vocauit.

71 In Theodoreto lib. 1. histor. cap. 7. Εὐσέβιος.

72 Hoc etiam caput Latinum fecit Pisanus, sed aliam lectionem sequutus, tantum recessit à Græcis nostris, vt nouam versionẽ moliri nos oportuerit. De libellis his, similia Nicephorus lib. 8. cap. 16. Zonaras Tom. 3. pag. 9 & Theodoret. lib. 1. histor. Eccles, cap. 11. Eos autem qui libellos principi obtulerunt Arrianos fuisse non Catholicos, eleganter probat Baronius Tom. 3. pag 247. 55.

73 Quid si legas ἐπαινέσαις?

74 Lege in numero multitudinis θαυμάσεσθαι.

75 Hæc etiam in Theodoreto, cap. 11. lib. 1. histor. Eccles. & Sozomeno lib. 1. cap. 16. ιζ'

76 In Theodorito γίνοιτο, quod magis placet. eadem in Nicephoro cap. illo 16. lib. 8. Theodor. cap. 11. lib. 1. Cedreno in historiar. cõpendio pagina. 237. Zonara. tom. 3. pag. 9.

77 Cedreno loco illo commemorato. ἀπὸ τῆς παρφυείσης, quemadmodum & in Theodorito.

78 De Paphnutio Socrates lib. 1. cap. 8. ια' Sozomenus lib. 1. cap. 10. Cedrenus pagina 236, 49. & Suidas in verbo Παφνούτιος.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

80 Vox isthæc mihi planè suspecta est, magis placet quæ in Socrate, ἀλάβεια.

81 De Spyridone Socrates lib. 1. cap. 8. ιβ Sozomenus lib. 1. cap. 11. Nicephor. lib. 8. cap. 42. Suidas in ipso verbo Σπυρίδων. Simeon in Decēbri. Ruffinus lib. 10. historiæ. Ecclesiast. cap. 5. & Vsuardus in Martyrologio. XIX. Calend. Ianua.

82 In exemplari meo legitur θανᾶτ', mutila & decurtata voce, nulla aut sententia, aut structura proba. Ego θανούσης legi posse putaui. sed & sana est lectio quā Morellus ex v. c. ad oram libri reiecit. [83 Hunc locum suspectū habueram, quem in integrum restituit F. *Morellus*. Est autem hoc idem quod ὀνομαστὶ καλεῖν, id est, nominatim vocare. 83

84 Puto legendum ἀπεκοίνωσεν, ab ἀπακοινόω communico, consulto, delibero.

85 Non dubium quin sententia negationem postulet. pro μὴν igitur, lege μή. καὶ τὸ μὴ ἀγνοῆν θεόν. quæ insana fuit miserorum Arrianorum opinio.

87 Quid hypostasis sit, quantúmque ab essentia differat explicat Damascenus, cum aliàs sæpe, tum lib. de duabus Christi voluntatibus. Gregorius Nyssenus lib. de ea re priuatim scripto ad Petrum fratrem. Theodoretus quoque in Polymorpho dialogo primo. Et Isidorus Peluſiotes epistola 247. quas in Deo hypostases Græci, Latini personas vocant. Nam cum ob linguæ Romanæ angustiam & vocum inopiam hypostasin ab essentia distinguere non possent, ne tres substantias in Deo admittere viderentur, personarum vocabulum induxerunt. auctor Gregorius Nazianz. oratione 21. quæ est de laudibus B. Athanasij, & D. Augustinus de trinitate lib. 5. cap. 9. & lib. 7. cap. 4. quibus duobus in Theologia merito plurimum creditur. Porrò in hoc etiam capite sequuti sumus versionem Alphonsi Pisani.

89 Suspicor hæc vsque ad πειάδα a Vaticano codice quē sequutus est Pisanus abesse, quoniam illa Latinè non vertit.

90 Supple σωτῆρος.

91 Αὐτῆς legendum, si καὶ iungit similes casus.

92 Mutaui translationem, eo quod in Latino sermone insolens & dura videretur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

93 Pro προσφερειν. Annotaui ante num. 55. lib. 1. ἠβούλετο & ἤμελλον pro ἐβούλετο & ἔμελλον.

94 Αχίσου legendum putaui, & id Latinè verti.

95 Hæc verba ἐκ τῶν οἰκείων ῥημάτων ἀμισκώμιος συγκατέπιπτεν, Paulo antea in alienum locum post προσφερομένων ῥημάτων male irrepserant, vnde nos ea huc reduximus, vbi primum scripta fuisse attentus lector mecum iudicabit.

96 Hîc Spyridon fuisse creditur apud Nicephorum lib. 8. cap. 15. & Cedrenum in Compendio histor. pag. 236.

97 Lege αἱρεθῆναι in ἀορ. α. vt prius αἱρεπάξαθαι. facilis hic lapsus & frequens.

98 Omnem hanc disputationem Episcoporum cum Arrianis Philosophis docte vertit Alphonsus Pisanus: eius versionem sequemur, nisi in ijs in quibus variat & dissentit codex Vaticanus, quem ille habuit, ab hoc nostro. sæpe aliter legisse ille videtur quàm in exemplari nostro reperio.

99 Lege ἕνα.

100 Pisanus videtur legisse συνάρχος. Nam vertit cum patre regnans. sed in nostro melius συναναρχος, id est, qui vna cum patre principio caret.

Subesse hic vitium satis scio, sed an legendum οὐ πρὸ τοῦ πατρὸς nescio.

Pag. 102. l. 10. 102 Pisanus ex Vaticano suo male legit θεοῦ pro υἱοῦ. Nam Latinè reddit soli personæ Dei, quod immutandũ cẽsuimus.

Pag. ead. l. 13. Bar. cap. 3. vers. 32. sed nonnulla variant. Illic πορεύσεται. hic πορεύεται. deinde illic αὐτὸ, hic αὐτός: postremo illic μετὰ τοῦτο, hic μετὰ ταῦτα.

103 Pisanus vertit superiore carentem, malim principio carentem. Nam vt ait Gregorius Nazianzenus de filio, ἐὰν τὸν ἀπὸ χρόνου νοῇς ἄρχειν, καὶ ἄναρχος ἔσται. Cúmque hoc illi cum patre commune sit, rectè συναναρχος appellatur.

106 Ex Biblijs adiecimus πρὸ τοῦ τὰς ἀξύμους πιεῖσθαι.

107 In versione septuaginta negatio est. Legitur enim ἔτι γὰρ Αγὰρ, quam adijciendam censeo. & mox post οἱ ἔμποροι, ex ijsdẽ adiecimus τῆς Μεδὰν καὶ Θαιμὰν καὶ οἱ μυθολόγοι.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

108 Id est, quando fierent astra, laudabant me omnes Angeli mei. Sed Pisanus vulgatam versionē sequutus, Hebręa magis expressit, quàm Græca 70. interpretum.

109 Καὶ τῲ ποιεῖαν legere malim,

110 Deprauata hæc sunt, quæ ita nisi fallor corriges. primùm pro αἰῶνες lege αἰῶσι, deinde duobus verbis αἰῶσι ἐκφωνεῖν, iunges ταῦτα. quod loco suo motum est. Et datiuos illos omnes, præter ἀνθρώπῳ & ψυομένῳ, in accusatiuos mutabis hoc pacto, τὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ζῳΐαν ἀῶσι ἐκφωνεῖν ταῦτα, τὸν λογιστικὸν, τὸν ἀπηθεῖσαν τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατ' εἰκόνα τοῦ θεοῦ ψυομένον. nisi malis δῶκεν interpretari permisit. quæ sequuntur deterius affecta sunt, quàm vt à me sine alterius exemplaris ope, sanari possint.

111 Adiecimus ex Bibliis ἡνίκα ἐτίμαζε τὸν ἀέρα.

112 Locus hic laborabat ab interpunctione in exemplari nostro. Nam post συλογιστικὸν erat πλείαν στιγμὴν, quam post ἀμέλει, vt sententia exigit, posuimus.

113 Post πνεύματος reperitur in Apostolo ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, id est, compagúmque & medullarum.

114 In Euangelijs μυροπώλην.

115 Ἀναπληρουμένῳ forte melius legeretur.

116 Αὐξει passiue hic capitur, verte, perfectus nec minuitur, nec augetur.

117 In nostro mendosè erat ὑπηρέτους.

118 Pisanus vertit (quæ iam admissa sunt) vertendum potius, Ecce ea nũc admittimus, suspicabátur tamen Morellus legi potuisse ἃ ἤδη ἐδεξάμεθα.

119 Puto ἄκουσον abesse ab exemplari Vaticano. Non enim illud vertit Pisanus.

120 In lib. Iob, in versione 70. reperio ζῶν ὁ βουλόμενος.

121 Paulo aliter in Isaia, ἵνα ἴδωσι καὶ γνῶσι καὶ ἐννοηθῶσι καὶ ὑποστρέψωσι καὶ ἄφεσις, ὅπ, &c.

122 In nostro exemplari legebatur τὸν γὸν τοῦ γοῦ αὐτοῦ, non rectè. illud τῷ γῷ induxi.

123 Τῶν ἀποστόλων, scripsi, cùm hic τὸν ἀπόστολον male scriberetur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

124 Malè in exemplari legebatur πὸν, pro πὸ ἓν.

125 Τὸ θεῖον Deum hic vertere oportet, non diuinum.

127 Pisanus sic vertit Latinè ac si legisset γνῶσι.

128 Coëgit tam sententia quàm Pisani versio vt διαβεία pro ἀσεβείας, quod male in exemplari erat, scriberem.

129 Lege ἐπαχθεὶς ab ἐπάγομαι, vt ante ἔπαχθεὶς ab ἔπάγομαι.

130 Pisanus legit εἴρηκε.

131 Aquam dissolui, vertit Pisanus, aquam haurire dicere oportuit: nam ἀφύομαι per αἰτιάω mox exponetur.

134 Corrige ὁ θεὸς ὁ πατήρ.

135 Pisanus in genitiuo legit multo commodius, ὅλῳ πύθῳ τῦ μεγάλου, ὡς ὀμνύω τῆς διαβείας μυσηείου.

136 Ita legendum quouis pignore contenderam, vt expressit Fed. Morellus ex opt. C. P. St. pro ὁ μονογνὴς & ὁμονογνέσι.

137 Laborat hic locus tum interpunctione tum alijs multis modis, quem ita ni fallor, sanabis. primum deleto punctũ quod vides post γνησίως, & ἀναφθήσεται cum quo male coheret diuellito, eíque duas syllabas φθόη exscriptoris festinatione omissas addito, vt fiat ἀναφθόη. post quod statim interpungito hoc pacto, ἵνα δὲ πλὴν γυναῖκα διὰ τῆς γνησίως ἀναφθόη. φθήσεται γὰρ φησὶν ἡ γυνὴ διὰ τῆς τεκνογονίας. In D. Paulo enim vnde ista proferuntur, φθήσεται legitur, non ἀναφθήσεται.

138 Hæc, καὶ ὅπ ὧν οἱ πατέρες, & ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κτ' ὀρκα non vertit Pisanus. quia vt puto, a Vaticano exẽplari rectè aberant. 139 Lege συγκαταβῆναι.

140 Hæc quoque, vsque ad ἐμοὶ ἥλθεν, non videntur fuisse in exemplari Vaticano, alioqui diligens interpres nunquam illa in versione sua omisisset.

141 Γιπάκιον scripsi pro πιπάκιον, quod mendosè in exemplari erat.

142 Ab initio disputationis vsque ad hunc locum sequuti sumus interpretationem Pisani, nunc cogimur ab ipsa desciscere quia exemplar suum vt vero simile est sequutus, multa prætcrit quæ in hoc nostro habentur.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

143 In postrema hac nota erratum puto, non enim ,γ, sed ϛ, quod senarium numerum denotat scribendum fuisse videtur: vt *Fed. Morellus* representauit ex illo C. M. P. S. Nam ex Socrate lib. 1. historiæ Eccles. cap. 9. fin. & actis Concilijs Chalcedonensis, act. 2. constat concilium coactum fuisse anno 636. post Alexandrum, sed de tempore huius Concilij lege quæ scribuntur ab illustrissimo viro Iosepho Scaligero lib. 5. de emendatione temporum, à Cæsare Baronio Annalium Tom. 3. anno Christi, 325. à principio, & à Roberto Belarmino de Concil. & Eccles. cap. 5. lib. 1. Porrò apud Plutarchum & alios melioris notæ scriptores hic mensis δαίσιος appellatur, non δῖος.

144 Sanari non poterit hic locus absque alterius exemplaris subsidio, *Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas.*

145 Non recensentur in hoc catalogo omnes qui huic synodo subscripserũt, sed ij duntaxat quorum opera illius acta diuulgata, & ad omnes Dei Ecclesias missa sunt, vt hîc in fine & inferius in hoc ipso commentario aperte scribitur, & male certe huic loco inseritur.

146 Existimo legendum καταμένουσιν, & ita Latinè verti.

147 Ἀλέξανδρος hîc deerat, sed habetur postea vbi hic catalogus iteratur.

148 Hæc etiam in Theodoreto sunt, lib. 1, cap. 17.

149 Ex Eusebio & Theodor. lege ἀπὸ pro ἐπ' ἀπῷ.

150 In Socrate lib. 1 cap. 7. In Sozome. lib. 1. cap. 21 & in Nicephoro lib. 8. cap. 20. hæc eadẽ de Acesio narrãtur.

151 Certe ex dicterio quo imperator Acesio illudit, constare satis potest manca & mutila esse ista quæ ab Acesio respondentur, ídque videre etiam licet ex Socrate & alijs quos modo commemoraui: placuit ergo integra illa describere vt in Socrate habentur, ὡς ἄρα δεῖ τινὰς μετὰ τὸ βάπτισμα ἁμαρτησάντας ἁμαρτίαν, ἣν πρὸς θάνατον καλοῦσιν αἱ θεῖαι γραφαί, τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων ἀξιοῦσθαι· ἀλλ' ὅτι μετάνοιαν μὲν αὐτοῖς προβλέπειν· ἐλπίδα δὲ μὴ τῆς ἀφέσεως παρὰ τῶν ἱερέων ἀλλὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀνδέχεσθαι, τοῦ δυναμένου, καὶ ἐξουσίαν ἔχοντος συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. ταῦτα εἰπόντος, &c. id est, eos qui post baptismum, in illud peccati genus, quod sacræ scripturæ

peccatum ad mortem appellant, delapsi fuissent, non debere diuinorum mysteriorum fieri participes: sed ad pœnitẽtiam cohortandos, & remissionis spem, non a sacerdotibus, sed à Deo qui & potest & auctoritatem habet peccata remittendi expectandam. Postremum hoc irridet imperator; perinde ac si diceret, Si sacerdotum, quibus Deus potestatem soluendi & ligandi in Ecclesia dedit operam negligis, Acesi, ipse scalam si fieri potest, tibi erigito, & in cœlum solus ascendito.

152 Video sacrosancti huius Concilij Patres de rebus Ecclesiæ duo genera decretorum fecisse. Nam eorum alia διατυπώσεις, alia ὅροι dicuntur: quæ hoc à se inuicem differre videntur, quòd διατυπώσεις ad doctrinam de fide stabiliẽdam propriè spectabant, ὅροι vero ad disciplinam Ecclesiasticam constituendam & clericorum mores conformandos ac emendandos referebantur, vt videre licet infra in hoc ipso commentario paulo ante catalogum Episcoporum, cum scribit, διατυπώσεις esse περὶ τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως· ὅροις vero περὶ τῆς διαταξίας. Theodor. quoque ὅρους istos, quos νόμους vocat, esse ait περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας. Ego διατυπώσεις constitutiones Latinè verti, ὅρους vero canones. qui tamen vel 80. vel 70. canones cũ S. Athanasio in Epistola ad Marcum Papam numerant, sine dubio Canonum nomine tam διατυπώσεις quam ὅρους complexi sunt. De διατυπώσεων numero nihil statuere possum, cũ hic noster dicat se paucas ex multis afferte, sed ὅρους solum 20. fuisse. non solum infra in hoc ipso commentario scribitur, verum etiam in Theodorito lib. 1, cap. 8. & in actis Concilij Carthaginensis, non procul a principio, in editione Balsamonis: sed de hac re vide Baronium, 3. Tom. annaliũ, anno Christi 325. & Belarminum cap. 25. lib. 2. de Romano Pontifice, maxime in responsione tertia ad secundum argumentum Magdeburgensium & Caluini, vbi ille præter cæteros mihi maxime placet.

153 Lege καὶ ὁρῶντες. Ita enim legitur apud Ant. Possevinum in erudita illa refutatione responsionis Danidis Chytræi. Nam in eo libro constitutiones hæ omnes Græcè afferuntur. [154 Ita in Possevini lib. ἐκάμνεν, rectè.

155 Malim

155 Malim legere τύπον, sed nihil temere mutabo.

156 Nolui in versione mea Latina titulum, vt vocant, constitutionis frustra iterare, satis mihi visum fuit constitutionem ipsam Latinam facere. Cæterum Græci suggestum vocant ἄμβωνα, ἀπὸ τὸ ἀναβαίνειν, ab ascendendo. ἄμβων enim dicitur quasi ἀναβὼν κ᾽ σιγοπήν.

Ibid. Balsamon ad cap. 15. Concilij Laodiceni interpretatur διφθέραν membranam aut quamcunq; pellem, sed ex Etymologico magno discimus γραμματεῖον ἢ βιβλίον ἢ βύρσαν, ἢ δέλτον, hoc est, codicem, aut librum, aut pellem, aut pugillares siue tabellam, quamuis ceream aut ligneam, in qua vtrimque scribi potest: διφθέραν dici quasi δυοφέραν, quòd ab vtráque parte ferat literas, παρὰ τὸ ἐν ταῖς δύο μέρεσι φέρεσθαι γράμματα.

157 Constitutionem hanc Latinè vertit Tonstallus Anglus lib. 1. de veritate corporis & sanguinis Domini,

Ibid. Solet quisquis exemplar nostrum scripsit, aut supina nimis negligentia, aut præcipiti festinatione pleraque omittere, quod & hic feciſſe post ὕδατα ex illo Posseuini libro & versione Tonstalli satis intellexi. Omissa erant igitur ista, αὐτὸς γὰρ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν. ex Matthæi 3. v. 11. & Lucæ 3. 16. quæ c. m. p. Stellæ collatus à F. Morello confirmauit. Pag. 173. v. 5.

158 Deerat præpositio κατ᾽, κατὰ τὸ τῶν κυρίων ἱερὰ γράμματα.

161 Vide Can. 21. Apostolorum, & dist. 55. Can. 7. & Can. 9. in decreto Gratiani. Clemens Alexand. in Protreptico ad Græcos, & lib. 3. Stromatum præcepti huius, quo ab Ecclesia arcentur Eunuchi, elegantem quidem sed mysticam rationẽ affert: Eunuchos enim appellat τοὺς τῆς θείας καὶ γονίμου δυνάμεως ἐστερημένους, τοὺς ἀγόνους καὶ ἀκάρπους ἐν πολιτείᾳ ἐν λόγῳ. Cur ad Ecclesiastica munia obeunda admitterentur qui steriles & diuina atque genitali virtute priuati, neque doctrina & sermone neque instituto filios Deo & Ecclesiæ gignere possunt?

159 Idem decernitur Can 80. Apost. & Can. 3. Concilij Laodiceni, & in decreto Gratiani, dist. 48. can. 1. Lege B. Hieronymum in fine epistolę ad Oceanum & Innocent. 1.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

epist.ad Aurelium Carthaginens. Episcopum.

161 Κατηχεῖν & κατηχίζειν instituere & erudire est, atque prima cuiusque artis & scientiæ rudimenta docere, sed peculiariter apud scriptores Ecclesiasticos significat docere prima elementa religionis Christianæ, idque non scripto sed voce. translatum à priscis potissimum Ægyptijs, apud quos in more erat vt mysteria voce tantum non scripto ad posteros transferrentur. Nam ἠχεῖν est sonare, sed κατηχεῖν est insonare, vt κατηχεῖν dicatur, qui insonat eius auribus qui viua voce docetur. Vnde κατήχησις est, prima fidei institutio. Clemens lib. 1. Pæd. ἡμᾶς γὰρ κατήχησις εἰς πίστιν πειάγει. Catechesis enim ad fidem deducit, Greg. Nazianz in Iambico. 15. eandem definit doctrinam pueris traditam. κατηχεῖν igitur κατηχίζειν est, vt iam cum Tertulliano loquar, lib. de idololatria, c. 10. Catechizare siue instituere & erudire in articulis fidei, & κατηχεῖσθαι est in ijsdem erudiri & institui: κατηχηθέντες vero qui instituti & articulos fidei edocti sunt, quemadmodum & κατηχούμενοι qui instituuntur nunc & docentur.

162 In editione Parisiensi Canonum Conciliorum, anno 1540. rectius legitur εἰς ἐπισκοπὴν, ἢ εἰς πρεσβυτέριον.

163 Νεόφυτον, τὸν νεωστὶ φυτευθέντα, vt interpretatur Suidas, est recens plantatum, hoc est nouitium & nuper in fide institutum. 1. Timoth. 3. 6.

164 Idem decernitur Can. 5. Synod. sextæ in Trullo: vide decreta Gratiani, distinct. 32. Can. 16. Balsamonem ad hunc Can. 3. & Basilium in epistola ad Gregorium presbyterum. & Billium obseruat. sacrar. lib. 1. cap. 39.

165 Doctiss. Billius lib. 1. obseruationum sacrar. cap. 40. annotat. μικροψυχίαν non semper animi imbecillitatem, seu, vt Theologi libentius dicunt, pusillanimitatem significari, sed interdum simultatem & dissidium & ita hic ego libenter vertissem, nisi eorum reprehensionem metuerem qui Græcarum vocum vestigia nimis religiosè sectantur: ne ergo longius à Græca dictione recederē, verti impotētiam animi, non omnino malè ni fallor, si τῶν μικροψύχων istorum con-

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ſuetudinem reſpicias: ſolẽt enim plurimum iniuſta exercere odia. Nam (vt de ijs quibus res ſunt minus ſecundæ loquitur Terentius in Adelph.) magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter ſuam impotentiam ſe credunt ſemper negligi. In fine tamen Canonis ſimultatis verbum, quàm impotentia animi, commodius mihi eſſe videbatur.

166 Vide Can. 8. Synodi ſextæ in Trullo, & 20. Conc. Antiochẽ. & 37. Sanctorum Apoſtolorum. & Turrianũ pro Canonibus Apoſtolorum, lib. 1. cap. 10.

167 In Pariſienſi libro excuſo legitur πρὸς τοὺς ἐπισκόπων

168 Mendoſa ſunt quæ in ἐπιγραφῇ huius canonis ſcribuntur, nec ſatis diuinare poſſum quid ſibi velint: ego Latina ea feci perinde ac ſi ita legerentur, περὶ τῶν ἀχαρέτων πρὸς τὸν μείζονα ἐπισκόπου, περὶς κωδέρνησιν ἐκκλησιαστικὴν ἐκανονίσθησαν.

169 De hoc canone multa eruditè diſputantur à Turriano lib. 3. pro epiſtolis pontificum, cap. 3. Bellarmino lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 13 Baronio, Tom. 3. annalium. pag. 270. & a Poſſeuino contra Chytræum habetur etiam hic canon, in prima parte decretorum, diſtinct. 65. canon. 6.

170 Lege Balſamonem ad hunc canonem, & Baronium Tom. 3. annalium pag. 275.

171 In libro illo Pariſienſi, πῶς, fortè melius.

172 Emendandum cenſui πρεσβυτέρων, quod in verſione mea expreſſi.

173 Elias Cretenſis ad orationem tertiam Gregorij Nazianzeni aduerſus Iulianum, nonnulla obſeruat, quæ huic loco alioqui obſcuro lucem afferre poſſunt. Ait igitur in prima illa Eccleſia, in eos qui peccarant, pro delictorum modo animaduerſionis gradus fuiſſe plures, puta προσκλαύσεως, ἀκροάσεως, ὑποπτώσεως & συστάσεως. Eſt autem προσκλαυσις, cùm quiſpiam admiſſo peccato extra Eccleſiam ſtans, cum luctu & lacrymis eos qui ingrediuntur orat vt pro ſe Deum precentur. ἀκρόασις, cùm quis ad Eccleſiæ fores ſtans diuinas ſcripturas audit, ὑπόπτωσις, cùm quis intra Eccleſiæ ſepta poſt ſuggeſtum ſtat: qui autem in hoc gradu collocatus eſt,

Animaduerſionis Eccleſ. gradus 4.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

cùm Catechumeni exire iubetur, simul cum eis egreditur. σύστασις denique, cùm quis vsque ad diuinæ Mystagogiæ finem cum fidelibus stat. Hæc ille. S. Basilius in epistola ad Amphiloch. can. 76. omnium istorum meminit. Qui, inquit, mulierem sibi iure copulatam dimittit, & aliam ducit, secũdum Domini sententiam, adulterii iudicio subijcitur, & à patribus nostris canonicè statutum est, vt ij anno defleãt, biennio audiant, triennio substernantur: septimo cum fidelibus consistant: & ita oblatione digni habeantur, si cùm lacrymis pœnitentiam egerint. Lege etiam can. 56. 80. 82. & 83. & in eadem epistola & cano. 4. & 5. Concilij Ancyrani. & Balsamonem ad Can. illum 4. Vt ergo ad rem veniã, ἀκροωμένους audientes interpretor cum Tertulliano, Cypriano & alijs eius ætatis scriptoribus, qui audientes in pœnitentium numero ponere consueuerunt: nolim tamen audientes cum Catechumenis confundere, quamuis Palmelius & alij annotarint Tertullianum & Cyprianum Catechumenos audientes appellare. Nam audientes plurimùm fideles antea erãt: sed ob aliquid contra fidei leges commissum, fidelium numero exclusi pœnitentiam agentes ad fores Ecclesiæ stabant & audiebant sacras scripturas, vt iam ex Elia & Balsamone ostendimus. Catechumeni verò nondum fidẽ edocti, nec adhuc in fidelium cœtum per baptismum admissi in Ecclesijs manebant, donec post expositum ab Episcopo Euangelium exire iuberentur, antequam ad sacrosancta illa mysteria ventum esset, vt ex B. Dionysio lib. de Ecclesiast. hierarch. cap. iij. Περὶ τῆς Συναξεως μυστηρίου. sed apertius postea ex 14. can. eorum discrimen tibi apparebit, cùm videris Catechumenos ipsos, si deliquerint, audientes fieri. Ὑποπίπτοντες porro erant qui procidebant & prosternebantur humi, ad pedes singulorum prouoluebantur ambientes singulos, vt pro se misericordiam Dei elicerent. Hi intra Ecclesiam manebant post suggestum, vsque ad Catechumenorum exitum, tunc vna cum eis egrediebantur.

174 In libro Parisiensi excuso, ὡς πμαί.

175 In Parisiensi lib. melius ἀκροωμένους.

176 Vide Can. 14. & 15. Apostolorum, can. 1. Concilij Sardicensis, & can. 21. & 22. Conc. Antiocheni.

177 Rectius in Parisiensi, ὑπόδιον.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Pag.166.Can.16.& 17.Vide in ſecunda parte decreti,Can.7. quæſt.1.can. 24.]Canon etiã Apoſtolorũ 44.presbyteros & diaconos,qui ex mutuo vſuras exigũt,deponi iubet,niſi ceſſent. Vide in decreto diſt.47.can.2.& cauſ.14.quęſt.4.can.8.

178 Subintellige μιείδας cum Budęo lib. 1. de aſſe, vt & mox ad ἡμιολίας,centeſima vſura ideo dicta quòd cẽteſimo menſe ſortem æquet, eius enim ratio duodenos nummos annuos in ſingulos centenarios parit. ſingulis itaque menſibus ſinguli penduntur nummi, vt in eo loco explicat Budęus.

179 Scribe ἡμιολίας, ſeſquialteras ſiue ſeſcuplas vſuras intelligit. Eſt enim hemiolios numerus, vt inquit A Gellius cap.14.lib.18. qui numerũ aliquẽ in ſe ſe habet dimidiúmq; eius,vt tres ad duo,15.ad 10.30 ad 20.vſura igitur hemiolia eſt quando dimidio plus petimus quàm dedimus,vt (libenter vtor exemplo.B. Hieronymi comm. in Ezechiel lib.6. cap.18.)cùm hyemis tempore damus decem modios, vt in meſſe recipiamus quindecim. hoc eſt amplius partem mediam, vide can.4.Concilij Laodiceni.

180 Vide can.7.Synodi 6 in Trullo, & can. 20. Concilij Laodiceni,& Gratianum,diſtinct.93.can.14. de hoc canone multa doctè Poſſeuinus contra Chytræum.

181 Annotauit Iac. Bill.lib.1,obſerua.ſacrarum.cap.18. & in annot.ad vitam Gregor.Nazianzeni.num.37. προσφέρειν quando abſolute ponitur,aut quando cum hac voce λατρεία iungitur, nihil eſſe aliud apud Græcos patres, quàm ſacris operari, vel miſſam celebrare. nempe idem plane quod λειτουργεῖν vel ἱερουργεῖν.

182 In libro Pariſienſi rectius legitur διακονισσῶν. Nam in fine canonis ſe τῶν διακονισσῶν meminiſſe ait.nihil tamen muto:quoniam in ſecunda parte decreti,cauſ.1.quæſt.1.can. 52.video diaconos etiam ſcribi pro diaconiſſis. Vide Baronium 2.Tom.annal.

183 τῶν ἐν αὐτῇς fruſtra ſunt,& a mala manu.

184 Priſci Eccleſiæ patres, in honorem & memoriam reſurrectionis Domini ſtatuerunt genu non eſſe flectendum in diebus dominicis vel in diebus Pentecoſtes, vt videre licet non ſolum ex hoc canone (qui repetitur de Conſecrat.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

distinctio.3,canone 10,) sed etiam ex canone 91. Synodi 6. in Trullo,& 15.sancti Petri Alexandrini.& ex B Augustino epistola ad Ianuarium, de ritibus Ecclesiæ, ex Tertulliano de corona militis.cap.3.Die Dominico,inquit,ieiunium nefas ducimus,vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. Vide Palmelium ad eum locum.

185 Hæc de Paphnutio Socrates lib.1. cap.8. ιᾶ & Sozom. lib.1.cap.22 κγ & Nicephorus lib.8.cap.19.

186 Deerant ista, εἴπ προσθύπεσι, εἴπ δλάκωνοι, quæ adijcienda censui,& Latina feci.

187 vides saltem sermonem esse de vxoribus quas antequam ordinarentur duxerant. Nam cælibes ordinati nullo modo amplius sperare potuerunt coniugia, ex recepta illius temporis consuetudine, quam leges apud Sozom. cap. illo 22. sed de hac re lege quæ a doctissimo Baronio scribuntur Tom.1.annalium,anno Domini 58.& à Belarmino,cap.20 lib.1.de Clericis.in respons.ad argumentum 5 Caluini.

188 Συνήθεσις conuentus & coniunctio est,sed συνουσία puto melius legetur,vt in Sozom. est, loco commemorato.

190 Scribe ἔξοδος. Sic enim legitur apud Budæum in comment.linguæ Græcæ,pag.405. editionis Stephanianæ, vbi hunc locum ex Theodorito affert.

191 Vide Theodoritum lib. 1. cap. 9. η & Socrat. lib. 1. cap. 3. ς.

Ibid.p.p. Lege ὑποποπικῆς ex Theodorito.

192 Hæc epistola habetur in Socrate, lib. 1. histo. Eccles. cap. 6. ζ in Theodorito lib.1. cap. 9. η denique & Nicephoro lib.8.cap.24. sed nonnullis variantibus.

194 Mallem ὑμῖν, vt in Socrate est.

Pag.179.v.1. Ἐγκύκλιον ἐπιστολήν publicam epistolã interpretor,non circularẽ vt Christophorsonus, & alij. Nam illud cùm ex hoc concilio,tum ex alijs plerisque omnibus,notissimum esse potest, consueuisse primos illos Ecclesiæ patres acta & decreta Conciliorum passim ad omnes Dei Ecclesias mittere per epistolas,quas nulli vni priuatim dicarunt, sed publicè describi ab omnibus, diuidi passim & peruulgari atque edi omnibus populis voluerunt. Hæ igitur epistolæ

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

ἑλκώκλιοι vocatæ ſunt, quia κυκλόσε, id eſt quoquo verſum, & in omnem partem mittebantur. Coniecturam noſtram iuuat auctor Etymologici magni (in vulgatis lexicis nihil eſt quod ſciam præſidij) qui ἑλκώκλιον, ἁπλῶς καὶ κοινῶς exponit. Quòd ſi quis formalē epiſtolam malit dicere, quàm publicam, non repugnabo, quin probabo magis. Nam mihi perſuaſiſſimum eſt Suetonium in Domitiano formalem appellare epiſtolam, quam Græci hiſtorici ἑλκώκλιον vocant. Quod notatum etiam doctiſſimo viro qui nuper ſcriptorem illum recēſuit, magno cum Reipublicæ literariæ bono. Inuenies porrò hanc epiſtolam apud Socratem lib. 1. cap. 5 ζ & Theodorit. lib. 1. cap. 12. Sequuti autem ſumus Chriſtophorſoni in eis locis verſionem.

195 Poſt ἅγιον hæc pauca deſiderari ex Socrate & Theodoreto nouimus: Τούτων ἕκαστον εἶναι δὲ ὑπάρχειν πιστεύοντες, πατέρα ἀγεννήτως πατέρα, καὶ υἱὸν ἀγεννήτως υἱὸν, πνεῦμά τε ἅγιον, &c.

196 In Socrate & Theodoreto καταλιμπάνομεν, pro καταλαμβάνομεν. facilis ex vno in aliud lapſus.

197 In Socrate, καὶ ἐβασάνιζεν ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων. In Theodor. καὶ ἐβασανίζετο ὁ λόγος τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων. prior lectio magis placet.

198 Adde ex Socrate τῷ ὁμοουσίου, vt ſit, οὐδὲ τῷ φωνῷ τῷ ὁμοουσίου ἐνδιατύμβοι.

199 Emenda, & repone λαοῖς. Hæc epiſtola in Socrate eſt lib. 1. cap. 6. ζ.

200 In Socrate eodem capite & Nicephoro lib. 8. cap, 15.

201 In Socrate melius καθ' ἡμᾶς, quod nos verſione noſtra expreſſimus.

202 In Euſebio reperies hanc epiſtolam lib. 3. de vita Conſtantini, pag. 139. Græcè, Latinè vero cap. 16. In Socrate lib. 1. cap. 6. ζ In Theodor. lib. 1. cap. 10. In Nicephoro denique lib. 8. cap. 25

203 Lege καὶ φρένων καὶ νόμιμος. ex Euſebio, Socrate & Theodorito.

204 In tribus illis legitur καὶ πιστός.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

205 In omnibus trib° rectius ὁσιώτατον βουλεύσῃ legitur.

206 Legerem ἀνέλυσεν ἕκαστος, vt sensus sit, reuertit vnusquisque. Nam ἀναλύειν hanc habere significationem doceri potest ex Athenæo, lib. 1. ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες. id est, à cœnis reuertẽtes. Et ex Dionysio, lib. de Eccles. hierarchia, capite περὶ μυσταγωγίας, vbi de Pontifice celebraturo Missam ita loquitur: ἀναλύσας δὲ πάλιν ὅπου τὸ θεῖον θυσιαστήριον, ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς τῶν ψαλμῶν ᾠδῆς, &c. id est, interprete Ioach. Perionio: reuersus autem ad diuinam arã, sacros Psalmos canere incipit. Vide etiam Georg. Pachymeræ paraphrasin ad eum locum.

Pag. 205. 1 Hæc epistola in meo exemplari Græco mendosissimè scribitur, sed eam non ita pridem typis suis euulgauit hic noster Morellus Professor, interpres & Architypographus Regius Græcè & Lat. doctiss. cum Latina interpretatione P. Morini, quæ apud Cæs. Baronium est Tom. 3. annalium, anno Christi 319. Eam igitur ita editam libens vidi, libens legi, & cum Græcis ac Latinis meis contuli, eáque editione multum me adiutum in locis tãtum insignioribus monebo.

2 Ἀγε δὴ Ἄρες Ἄρειε, Mars Ari. Irridet Imperator furorem & libidinem nebulonis, ex nomine occasione captata. Hunc enim credunt nonnulli ἄρειον, propterea appellatum, quòd festo die ἄρεος, id est martis natus esset. πὸν ἄρη, hoc est, Martem bellicosum quidem & væsanum dæmonem [φιλοπόλεμον & μανιώδη δαίμονα] sed furtiuis Veneris cõgressibus delectatum fabulantur Poëtæ. sic Arius licet miserè Dei Ecclesiam furore & insania sua vexauit, tamen mulierum complexibus (quas virginitatem professas, auctore Epiphanio hæresi 69. seduxit & abduxit) tanquam venereus aliquis nepotulus sese oblectabat. quod respiciẽs Imperator illudit homini, procaci dicterio, Ne arma, inquit, tractes Ari, ὅπλοις σε τῆς Ἀφροδίτης ὁμιλία. Gregorius Nazianz. hanc nominis Arij originem respiciens sæpe illum insaniæ accusat. In Apologetico, κατ' Ἀρείου καλῶς ὀνομασθεῖσαν μανίαν· ex Arij quæ rectè dicitur insania: & in oratione 23. qua laudat Hieronẽ, ἄρειος ὁ καλῶς μετ' τῆς μανίας ὀνομαζόμενος,

Arius

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Arius qui rectè ab insania nominatus est: & in oratione 20. qua laudat Basiliũ, & altera 23. qua laudat Athanasium, eũdẽ τῆς μανίας ἐπώνυμον, insaniæ cognominem vocat: imo ob eandem illam insaniam à Græcis patribus Ἀρειομανὴς sæpe appellatur.

3 Πλήρωμα eam significat plenitudinem quæ contineat plures personas, & opponirur singularitati, quam sancta Trinitas explodit, vt annotauit Baronius.

4 Idem Baronius obseruauit Arium δύσφωνον ab imperatore forte dici, propter Thaliam suam, hoc est obscænum illud poëma Sotadicis Rhythmis attemperatum, quo suam hæresin canebat, & alijs dederat publicè concinendum.

5 Lege, ὦ δικρανοφόρε, vt in illo Morelli libro excusũ est. Sed cura doctissimo Morino apud Cæsarem Baroniũ, tom. 3. annaliũ, vertitur? [ô gemina insignis galea] an quia κράνος galea est? ita existimo. Sed in veteri glossario H. Stephani δίκρανος furca est, & furcifer δικρανοφόρος. additur etiam ratio, οἱ παίοντες, αὐτὶ πυμφείας δίκρανον ἐν τοῖς τραχήλοις ἔχοντες περιεκόμιζον (in Stephani libro legitur περιεβώμιζον) διὰ τῆς πόλεως περιαγόμενοι. Id est, qui peccauerant pro pœna furcam in collo habentes, circuibant, per vrbem vndique ducti. Quoniam igitur æquius est veteratorem istum Ariũ, furcam ferre quàm galeam, eamque geminam, dicatur nobis potius furcifer, quàm gemina insignis galea.

Ibid. F. In Morelli libro τοῖς μετρείοις: & ita Morinum legisse certum est, qui, moderatis hominibus, vertit: sed ego τοῖς μέτροις libenter retineo, respicit enim metra illa Sotadica, quibus in Thalia (vt ante ex Baronio dixi) insanam suam hæresin non sanus ille Arius diuulgauit. Pag. 210.

8 Puto legendum χημαλεῖς in futuro 1. Attice pro χημαλοῦς.

9 Μαγιστριανοὶ ex veteri lexico creduntur esse agentes in rebus: qui autem sint agentes in rebus explicat Turnebus cap. 10. lib. 13. Aduersariorum.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Pag.218.lin.6.Legendum existimo Ἥξω ἐζητημένης.

10 Hæc non sana esse scio, sed remedium aliunde expecto.

13 Εὐσέβιον, Ἀσέβιον vocat, vt B. Hieronym. Vigilantium Dormitantium dixit: Gregorius Naz. Iulianum, Idolianum. sic hæreticis illudere solebant sancti patres.

14 Adde vocem θεμελίου quàm hic desiderari supra monuimus.

Eiusdem Annotationes in Theodorum Raithi Presbyterum.

1 THeodori huius Raithi meminit Suidas in verbo Μάνης.

2 De verbo οἰκονομίας diximus nonnulla supra.

3 Cùm scriptura esset in meo Cod. ἀκεστᾶν, & coniecissem legendum ἀκοστᾶν ab ἀκοστάω, acuo, exacuo, incito, impello, F. Morellus ex fide C. M. P. St. ita edidit.

4 Vide Gregor. orat. 16. quæ est de amore pauperum.

5 De Manete Suidas, verbo Μάνης, Epiphanius hæresi 66. Nicephor. lib. 6. cap 31. Zonaras Tom. 2. in Caro: & Cedrenus in Compendio histor. pag. 213. in Aureliano. Damasc. lib. de hæresib. Theodoretus extremo lib. primo hæretic. fabularũ.

6 Fortasse hic, & postea in Eutyche legendum δύο θεοῦ. profecto in Eutyche apud Suidam ita legitur, verum hîc nihil temere mutandum censeo. Manes enim duo rerum principia constituit quæ ἀντίθετα, id est opposita essent, & ancipiti marte, ac perpetuo bello inter se conflictarentur: horum alterum Deum bonum ac lumen, alterum Deum natura malum ac tenebras appellauit. σκότος ergo ἀντίθετον dicit, velut luci & Deo contrarium. Iustinus in quæstionib. responsione ad 1. εἴ τις ὑποθοῖτο τὸ μέγιστον κακὸν, εὑρεθήσεται ἔπειτα ἀρχὴ ἀναιτία τοῦ θεοῦ, ὅπερ οἱ Μανιχαῖοι κακῶς λέγοντες λέγουσι, id est, si quis ponat summum malum, principium aliud reperietur

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Deo contrarium, quod quidem Manichæi asserentes perperam loquuntur. hanc de contrarijs principijs opinionem refellit præter alios Ioan. Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei, cap. 21. hinc etiam intelligere poteris cur tenebrarum inuentor hoc loco esse dicatur. Vide Eliam Cretensem ad oratio. 23. Gregor. Nazianz. & Theodoretum in fine lib. 1. hæretic. fabularum.

8 Suidas in Paulo, Epiphanius hæresi 65. Euseb. lib. 7. hist. Eccles. cap. 22. κζ, Damascenus de hæresib.

9 Πρεσβύτην, Præsulem verti, Episcopum vertere potui. Nam Paulus qui hîc πρεσβύτερος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας vocatur, à Suida in verbo Μάνης, appellatur ἐπίσκοπος Συρίας. & a Theodoreto lib. 2. hæretic. fabularum, τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος.

10 Hæc, Χείνου δὲ μικροῦ πρόσθεν, à fine superioris capitis auulsa, cum quo male cohærebant, huic adiecimus. Admonuit etiam nos postea Morellus principem literam χείνου miniatam fuisse in c. M. P. St. De Apolinario Suidas, hæc ipsa ex auctore nostro descripsit. Vide Nicetam ad oration. Grego. Nazianz. de sancto baptismo, & Eliam Cretēs. ad epistolam eiusdem ad Cledonium, & Gregor. ipsum ad Nectarium. Nicephorum lib. 9. cap. 17. Zozomen. lib. 6. cap. 25. & Theodoretum lib. 4. hæretic. fabular.

11 Hæc etiam Suidas in commentaria sua retulit in vita Theodori dānatus hic fuit, in quinta synodo sub Iustiniano imperatore: sed alius quidam videtur fuisse Theodorus Mopsuestiensis quem pleno ore Nicephor. lib. 14. Eccles. histor. cap. 30. laudat, & Theodorit. extremo lib. 5. histor. Eccles.

12 Nempe quia vrbis illius Episcopus, auctor Suidas in Apolinario.

13 Pro οἰκειωσάμενος, leg. ὠκειωσάμενος. atque ita habet c. M. St.

14 Nestorius in Synodo Ephesina anathemate percussus fuit. De eo Suidas, Elias ad orationem 45. Gregorij Nazianz. Nicephorus lib. 14. cap. 31. Euagrius lib. 1. hist. Eccles. cap. 7. Damascenus de hæresib. Theodor. lib. 4. hæret. fabular. 81

15 In verbis κληρῶται & λαμβάνει vertendis, ἀναλαμβάνει

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

cemporis quæ ſubeſſe videtur expreſſi. Si quis autẽ exiſtimet me à recepta & vulgari verbi κληρεῦσθαι ſignificatione receſſiſſe lõgius, dum verto in clerũ adlectus eſt, is ſciat me Theodoretum ſequutũ eſſe, qui in libro illo quarto hæretic. fabul. velut paraphraſi aliqua, quod hic dicitur, κληρεῦται ἢ ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ interpretaturus, ita de Neſtorio iſto ſcribit. ἐν ταύτῃ (Ἀντιοχέων πόλει) τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ παρὰ θεσίων εἰσποθάρη, καὶ τῷ καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐναρίθμιος γεγονώς, &c. id eſt, interprete Gent. Herueto, in ea (ſc. Vrbe Antiochena) in Eccleſiã Dei procedente tempore adoptatus, & in numerum Presbyterorum relatus eſt. Deinde κλῆρος, vnde eſt κληρεῦσθαι, non ſortẽ duntaxat ſignificat. Sed etiam Collegiũ eorum qui ſacris functionib⁹ deſtinãtur, vel vt vno nomine Latini Theologi cum Tertulliano cap. 12. lib. de Monogamia loquuntur, Clerum, Suidas κλῆρος, σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων. Et hanc poſteriorem ſignificationem ab illa priori deductã eſſe opinatur magnus ille & beatus Auguſtinus Commẽtarijs in Pſal. 67. Poſtquã enim κλῆρος Græcè ſortẽ ſignificare monuit, ſubiũgit ſtatim. Nam & Cleros & Clericos hinc appellatos puto, qui ſunt in Eccleſiaſtici miniſterij gradibus ordinati, quia Mathias ſorte electus eſt, quẽ primum per Apoſtolos legimus ordinatum. Si igitur κλῆρος Clerũ ſignificat, videtur κληρεῦσθαι in Clerum adſcribi & cooptari non malè verti poſſe. Cæterùm pro Ἀντιοχίᾳ ſcribendum Ἀντιοχείᾳ ex Ptolemeo, Strabone, Stephano, Suida, Euſtathio & alijs. Vt paulo ante pro Γερμανικίας, ſcripſimus Γερμανικείας, ex Ptolæmeo & Stephano. Quibus conſentit C. M. P. St.

16 Ἀβέκειαν legendum puto.

17 Eutyches damnatus fuit in Synodo Chalcedonenſi. de eo Suidas, Elias ad orationem 51. Gregor. Nazianzeni, quæ eſt ad Cledonium, Nicephor. lib. 14. cap. 47. & lib. 18. cap. 52. Euagrius lib. 1. cap. 9. Damaſcen. de hæreſib. Zonar. Tom 3. pag. 36. & alij.

18 Suidas legit αἰλήθου, quod placet, ídque in verſione mea ſequor.

19 Vide Damaſcen. cap. 17. lib. 3. Orthodoxæ fidei.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

20 Hoc referri debet ad opinionem Theodori, de qua ſupra in Theodoro.

22 De Seuero Suidas, & Nicephor. lib. 18. Eccleſ. hiſt. cap. 45.

23 Legi ἐπέσκηψεν, ab ἐπισκήπτω infringo, irruo, inuado.

24 Nouè dictum pro χεῖρον.

25 De Iuliano Suidas, & Nicephorus lib. 18. cap. 45.

26 Ex prima ad Corinth. 15, ver. 15. ex quo loco correximus exemplar noſtrum, in quo malè ſcribebatur διεί-σκομεν ψευδομάρτυρες. reſtituit etiam Morellus è ſuo C. ψευδομαρτύρομεν.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

FED. MORELLVS
PROFESSOR ET ARCHI-
TYPOGRAPHVS REGIVS
OPEROSAM HVIVS
LIBRI EDITIONEM
DEO DANTE AD
VMBILICVM
DVXIT,

SVB HENRICO IV. GALL. REGE,

IX KAL. IAN. AN. S. CIↃ. IↃ. IC.

Τῷ πατρὶ, παιδὶ, πνοῇ, δόξα κλέος τε θεῷ.

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Digitized by Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την Google

Ψηφιοποιήθηκε από την